

**I**ncepit didascalon magistri hugonis de studio legendi.  
Duo esse præcipua quibz ad scientiâ quisq; instruitur

**V**e præcipue res sunt quibz quisq; ad scienciam instruitur: videlicet, lectio, meditatio, et quibus lectio, priorē in doctrina obtinet locum: et de hac tractat liber iste, dando precepta legendi. Tria aut sunt precepta magis lectōm necessaria. Primum, ut sciat quis qz qd legere debeat: scđz, quo ordine legere debet, id ē, quid prius, quid postea: tertium, quomodo legere debeat. De his tribus p singula agitur in hoc libro. Instructam secularium, qj diuinarum scripturarum lectorem. Unde et in duas partes diuiditur: quarum unaqueq; tres habz distinctiones. In prima parte docet lectores artium. in secunda diuinum lectorem. Docet aut hoc modo, ostendendo primum, quid legendum sit, deinde quo ordine, et quo modo legendum sit. Ut aut sciri possit, quid legendū sit, aut quid præcipue legēdū sit: i prima parte primum enumerat originem omnium artium, deinde descriptionem, et partitionez earum, id est, quomodo unaqueq; distinguit alia, vel contineatur ab alia, secans philosophiā a summo usq; ad ultima membra. Deinde enumerat auctores artium, et postea ostendit quę ex his, videlicet, artibus præcipue legendē sint. Deinde etiam, quo ordine, et quomodo legēdū sint, apit. Postremo, legentibus vite sue disciplinam prescribit. et sic finitur prima pars. In secunda pte, determinat quę scriptę diuinę appellandę sint: deinde numerum et ordinem diuinorum librorū, et actores eorū, et interpretationes nominum. Postea agit, de quibusdam proprietatibus diuinę scripture, quę magis sunt necessarie. Deinde docet, qualiter legere debeat sacram scripturam, is, qui i ea correptoz morum suoz et formam vivendi querit. Ad ultimum docet,

illum qui ppter amorem scientie eam legit. et sic scda quo-  
q pars finem accipit.

**Liber primus, de origine artium .ca.ii.**

**O**mni ex parte, prima est sapientia. in qua per-  
fecta bona forma consistit. Sapientia illuminat hominem,  
ut seipm agnoscatur, qui ceteris similis fuit, cu se p  
ceteris factu esse non intellexit. Immortalis quippe animus  
sapientia illustratus, respicit principum suu: et quaz sit inde-  
coru agnoscit, ut extra se quicq qrat, cui qd ipse est, satis  
esse poterat. Scriptu legit in epode apollinis, noticelicon  
id est nosce teipm: qz mirum homo, si no originis sue imme-  
mor esset, ome qd mutabilitati obnoxiu est, qz sic nihil ag-  
nosceret. Probata apud phos smia, anima ex cunctis nature  
partibz asserit, ee pacta Et thimeus platomis, ex diuidua  
et in diuidua/mixtaqz substacia, itemqz ea de et diuersa, et  
ex utroqz omitta natura, quo vniuersitas designat.  
formauit. Ipa namqz, et imita, et q imita dsequuntur, capit,  
qz et insibiles p intelligentia reru causas apprehendit, et vi-  
sibiles actualiu formas, p sensu passiones colligit, secta qz  
in orbes geminos motu glomerat: qz siue p sensus ad sensi-  
bilia exeat, siue p intelligentiaz ad insibilia ascendat, ad  
seipm reru similitudines thens, regirat: et hoc est, qz eadez  
mens, q vniuersor capax est, ex o substantia at natura quo  
similitudis representet figur, coaptatur. Pythagoricu namqz  
dogma erat: similia similibz apprehendi: ut scz aia ronalis, m-  
si ex oibus opposita foret, nullatenqz oia apprehendere posset.  
Sm qz dicit quidam: Terram treno apprehendim, etera flammis,  
humore liquido nro, spirabile flatu. Nec tñ estimare debemz,  
viros in o teru natura pitissimos, hoc de simplici essentia  
sensisse, qd illa se ptiu quatitate distenderet, s; ut aptius  
mirabile eius demonstraret potentia, dicebat ex omnibz na-  
turis ostare, no secundum oppositione, s; secundum oppositionis rationem.  
Neqz em hic rerum omni similitudo, aliude aut extrinsecus

yvoti se autop

animę aduenire credenda est, sed ipsa potius eam in se, et ex se nativa quadā potētia, et propria v̄tute capit. Nam sicut Varro in p̄fision dicit. nō oīs varietas extrinsecus rebus accidit, ut necesse sit quicqđ variat, aut amittere aliquod qđ habuit, aut aliquid aliud et diuersum extrinsecus qđ nō habuit, assumere. Videm⁹ em̄ paries extrinsecus adueniente forma, imaginis cui⁹libet similitudine accipit. cū vero imp̄sor metallo figurā imprimit, ip̄m quidez nō extrinsecus, s; ex propria v̄tute et naturali habilitate, aliud iam aliquid representare incipit. Sic nimirū mens rerū oīm similitudine insigita, oīa ēē dīat; ex dībus dīpositoīz suscipit, nō integrer, s; virtualit at; potētialit dīttere. Et hēc ē illa nature nr̄e dignitas, quā oīs eque naturaliter hñt, s; nō oīs eque nouēt. Nimirū em̄ corporis passionib⁹ dīspicit, et p̄ sensibiles formas extra semetip̄; abduct⁹, oblitus ē qđ fuerit, et qđ nīl aliud fuisse se meminit, nīl preter qđ videtur, ēē credit. Repatur aut p̄ doctrinā, ut nr̄am agnoscam⁹ naturā, et ut discamus ext̄ nō q̄rere, qđ in nobis possum⁹ inuenire. Sūmum igitur in vita solame est studiū sapīe, qđ qui inuenit, felix est, et q̄ possidet beatus.

### ¶ H̄i studium sapientie, philosophia sit .iiij.

**D**rimus oīm pythagoras, studiū sapientie, philosophiam nūc upauit, Maluitq; philosophus dici. Nā ante, sophi⁹ id est, sapientes, vocabant. Dulcē quidē inquisidores veritatis nō, sapientes, s; amatores sapīe vocati: qđ nimirū, adeo latet omne verū, ut eius amore quantūlibet mēs ardeat, quantūlibet ad ei⁹ inq̄sitoīz assurgat, difficile tñ ipam, ut ē veritatē dīpendere queat. Phīam aut̄, eaꝝ rerū q̄ vere eent, suiq; imutabilem subām sortirent, disciplinā dīstituit. Est aut̄ phīa, amor et studiū, et amicitia qđāmodo sapīe. Sapīe v̄o, nō hui⁹ q̄ i feramētis q̄bus daz, et i aliqua fabrili sc̄a, noticiaq; versat, s; illi⁹ sapīe q̄ nulli⁹ indigēs, viuax mens, et sola rerū prim̄ua rō est. Est autē hic amor

Sapientia intelligentis animi, ab illa pura sapientia illuminatio,  
et quodammodo ad seipaz retractatio at; aduocatio, ut  
videat sapientiam studium diuinitatis et pure mentis illius amicitia.  
**H**ec igit sapientia, cuncto animarum generi meriti sue diuinitatis im-  
ponit, et ad propriam naturam vim puritatemque reducit. **H**inc na-  
scitur speculationum, cogitationumque veritas, et scientia puraque  
actuum castimonia. **C**um vero humanae animis hic excellentissi-  
mum bonum phis compatitur, ut viro filo quodam procedat ora-  
tio, ab ipsis animis efficientis ordinendum est.

**D**e triplici vi animae. iii.

**T**riplex omnino ait vis, in vegetabilibus corporibus depen-  
dend, quam una quidem vita solu corpori submin-  
istrat, ut nascendo crescat, aledoque subsistat. **A**lia vero, sen-  
tiendi iudicium pertinet. **T**ertia, vi mentis et ratione submixta est.  
**C**uam quidem primum officium est, ut creandas, nutriendas,  
alendolas corporibus post sit, nullum vero pertinet rationis sensus ve-  
ridicium. **H**ec autem herbarum atque arborum, et quicquid terre ra-  
dicitus affixum tenet. **S**ecunda vero cōposita atque diuincta est,  
ac primā sibi sumēs, et in pte constitutae variū de quibus po-  
test capere ac multiforme iudicium capit. **O**mne enim animal, quod  
sensu viget, id est et nascit, et nutrit, et aliatur. **S**ensus vero  
diversi sunt, et usque ad quinariū numerū crescunt: ita quic-  
quid tamen aliter, non etiam sentit. **N**unc quid vero sentire potest?  
etiam aliter: ei prima quoque vis ait, nascendi scilicet atque nutriti-  
probatur esse subiecta. **C**uibus vero sensus adest, non tamen  
eas rē capiunt formas, quibus sensibili corpore feruntur pre-  
sente, sed abscedente quoque sensu, sensibilibusque sepositis  
cognitam sensum formam imagines tenent, memoriamque offici-  
unt, et prout quodque animal valet, longius breuiusque custo-  
dit. **S**ed eas imaginatōes, fusas, atque incidentes sumunt,  
ut nichil ex eis diuictōe ac depositōe efficere possint, atque  
hic circa meminisse quidem nec que omnia, **A**missam obliuio-  
nem recolligere ac reuocare non possunt. **F**uturi vero his

**T**hū nullā cognitio est. **S**ed vis animę tercia, que secū priores  
alendi ac sētiēdi trahit, hisq; velut famulis atq; obedienti-  
bus utrūc, eadē tota in rōne dñstuta, ea q; vel in rex p-  
sentium firmissima dclusione, vel in absentiū intelligentia, vel  
in ignotaz inquisitione versat. **H**ec tñ hūano generi p-  
sto est, quę non solum sensus, imaginationes q; pfectas, et  
nō mconditas capit, sed in pleno actu intelligentię/qd ima-  
ginatio suggestis/expli- cat atq; dñrmat. **I**taq; ut dictū est,  
huic diuinę naturę, nūl ea tantū in cognitōne sufficiūt quę  
subiecta sensibus apprehendit, verū etiā ex sensibilibus ima-  
ginatōe accepta, et absentib; rebus nomīna īdere p̄t, et qd  
intelligentię ratione apprehendit, vocabuloz quoq; positō-  
mbus apit. **I**llud quoq; ei naturę p̄prium est, ut p ea quę  
sibi nota sunt, ignota vestiget. **E**t non solū, vnuq; q; an sit,  
sed quid sit, et quale sit, necnon et cur sit, optet agno-  
scere. quā triplicem aīme vim sola, ut dictū est, hominū na-  
tura sortita est. **C**ui2 animę vis, intelligentię motibus non  
caret: q; in his quatuorz p̄prie vim rōmis exerceat. **N**ut em,  
aliquid an sit inquirit: aut si esse dñsterit, quid sit addubi-  
tat: qd si etiam vnuq; scientiā ratione possidet, quale sit  
vnuquodq; ratōne vestigat, atq; in eo cetera accidentium  
momenta p̄quirit. **R**ubus cognitis, cur ita sit querit, et  
ratione nichilomin2 vestigat. **C**um igitur hic actus sit hu-  
manū animi, ut semper in p- sentium cōprehensione, aut in ab-  
sentium intelligentia, aut in ignotaz inquisitione, atq; in-  
ventione/versetur: **D**uo sunt in quibus omnē opam vis ani-  
mę raciocinantis impedit, **V**nū quidem, ut rerum naturas  
inquisitionis ratione cognoscat, alterz vero, ut ad scientiaz  
prius veniat, qd post gravitas moralis exerceat.

**A** **H**uc res ad philosophiam p̄tinent. **V**  
**E**d, ut video, inextricabilem iam ipso loquēdi ordi-  
ne labyrinthū incidimus, vbi nobis nō pplexus ser-  
mo, sed res obscura difficultatē pariat. **R**uia em d studio

*Phia definit*

sapientię loqui suscepimus, idq; solis homib; quodam na-  
ture priuilegio cōpetere attestati sumus, d̄sequenter nunc,  
oīm humanorū actuū moderatricē quandā sapientiā posui-  
se videmur. Si em̄ brutorū animalium natura, q; nullo regitur  
rōnis iudicio, motus suos, sc̄dm solas sensuū passiōes dif-  
fundit, et in appetendo seu fugiendo aliqd, nō intelligentię  
vtitur discretione, sed cęco quodā carnis affectu impellit,  
restat ut rōnalis aīg actus, cęca cupiditas nō rapiat, s; mo-  
deratrix semp sapientia pcedat. Qd si verū esse astiterit,  
iam nō solum ea studia in quib; vel de rerū natura, vel di-  
sciplina agitur morū, verūciā oīm humanorū actuū, seu stu-  
diorū rōnes, nō incōgrue ad phīam ptinere dicemus. Sc̄d  
quā acceptiōne sic phīam diffinire possum. Phīa est disci-  
plina oīm rerū humanorū, atz diuīaz rōnes, plene inuesti-  
gans. Nec mouere debet, quod supra diximus, philosophiā  
esse amorem et studiū sapientię, non huius, que instrumētis  
explicat, ut est architectura, agricultura, et cetera hui-  
modi; sed eius sapientię, que sola rex primæratō est. Po-  
test nanq; idē actus, et ad philosophiā ptinere, secūdū ra-  
tionem suam, et ab ea excludi, secundū administratiōnem.  
Verbi gratia, ut de pñti loquamur, agriculturę ratō, phi-  
losophi est, amministratō, rustici. Prētea, opa artificum,  
et si natura non sint, imitantur tamen naturam, et sui ex-  
plaris formā (que natura est, quam imitan̄) ratōnem expi-  
mūt. Vides iam, qua ratōne cogimur philosophiā in oīs  
actū homī diffūdere, ut iam necesse sit tot esse philosophię  
ptes, quot sunt rex diuerſitatis, ad quas ipam ptinere co-  
ſtiterit.

**D**e ortu theorice practice medicinę. vi.

**O**mum autem humanorū actionum seu studiorum,  
que sapientiā moderantur, finis et intentio ad hoc  
spectare debet, ut vel nature nostrę reparetur integritas,  
vel defectuum, quibus presens subiacet vita, tempetur, ne-  
cessitas. Dicam apertius quod diri. Duo sunt in homī,

bonum et malum/natura et vicium. Bonum, quia natura ē, quia corruptū est, quia mīm ē, exercitio repandū est. Malum/qz vicium ē, quia corruptio est, qz natura nō est, excludendū est. Qd si fundit exterminari nō potest, saltem adhibito remedio, tempandū est. Hoc est oīno qd agendū est, vt natura reparetur/et excludat viciū. Integritas vero vīte humanae duobz pficitur, scīa et virtute, q nobis cū supermis et diuīnis substātījs/similitudo sola ē. Nam homo, cū simplex natura nō sit/sed gemina p̄pactus substātia, scdm vnam partē suā, q potior est, et ut aptius id qd oportet dicam, q ipē est, imortalis ē: scdm alterā vero partē, q caduca est, q sola his/qui nisi sensibz fidē p̄stare nesciūt/cognita est, mortalitati et mutabilitati obnoxius est, vbi totiens mori necesse ē, quotiens amittere id qd est: et hēc ē vltima pars rerū, que p̄ncipium et finem habet.

**D**e tribus rerum manerījs . vii.

**S**vnt nanqz i rebz alia, que nec p̄ncipiū hñt nec finē. et hēc ēterna noīantur. Alia, que p̄ncipiū quidē habent, sed nullo fine clauduntur. et dñr ppetua. Alia, q imītiū habēt et finē. et hēc sunt tēporalia. In primo ordīne id p̄stituim̄, cui non est aliud ēē, et id qd est, id est, cui2 causa et effect2 diuersa nō sunt, qd non aliunde, sed a semetip̄o subsistere habet. ut ē solius nature gemitor et artifex. Illud vero cui aliud ē esse, qz id qd est, id ē, qd aliud de ad esse venit, et ex causa p̄cedente in actum profluit, vt esse īciperet, natura est, q mundū cōtinet omnē. Idqz in gemia secatur. Est quiddā, qz a causis suis primordialibus vt esse īcipiat, nullo mouente/ad actum prodit, solo diuīne voluntatis arbitrio, ibiqz īmutabile/omnis fīns atz vicissitudinis expers/p̄sistit. Siu2modi sunt rerū substātīg, quas greci, yslas, dicunt, et cuncta suplunarīs mundi corpora, q etiam ideo qz nō mutentur/diuīna appellata sūt. Tercia p̄rex est, que p̄ncipium et finem habent, et p se ad esse nō

veniunt, sed sūt opa naturæque crūmē sup terram, sublunari globo, mouente igne artifice, qui vi quadaz descendit in res sensibiles, procreādas. De illis ergo dictū ē. Nihil in mundo morit; eo qđ nulla essentia peat. Nō enim essentia rex transiunt, sed formæ. Cum vero forma transire dicuntur, non sic intelligendum est, vbi aliqua res existens pire omnino, et esse suum amittere credat; sed variari potius. vel sic fortassis, vbi q̄ iuncta fuerant, ab iunctem separent, vel que separta erāt diūgantur. vel que hic erāt, illuc trāsent. vel que nūc erant/tūc subsistat. In quibus oīnibzesse rex/michil detrimenti patit. De his dictū est, cīnia cīta decidūt, et aucta senescūt: eo q̄ cuncta nature opa/sicut principiū hñt, ita etiā a fine aliena non sunt. De illis dictū est, de michilo michil in michilū, nūl posse reuertu: eo q̄ omnis natura, et primordiale habet causam/ et subsistentiā ppetuam. De his dictū est, reddit in michilū, qđ fuit aī michil. eo q̄ oīne opus nature/sicut tēpaliter ex occulta causa in actū profluit, ita eodem actu tēpaliter destructo, eo vnde reuerat reuersurū sit.

### De mūdo suplunari et sublunari. viii.

**H**inc est, q̄ mathematici mundū in duas ptes diuiserūt, in eam sc̄z ptem, que est a circulo lunæ sursum, et in ea, que deorsū est. Et suplunare mundū, eo q̄ ibi omnia a primordiali lege obstant, naturam, appellabāt: sublunarē, opus nature. s. supioris: qz oīm genera ammantū, que in eo vitalis spūs infusione vegetant, a supioribus pmissibiles meatus infusū nutrimentū accipiūt, non solū ut nascēdo crescāt, sed etiam, vt alendo subsistat. Eundem etiā supiore mundū, pte, vocabāt, apter cursum, et motū siderū que in eo sunt: inferiorē, tēpale, qz secundū motus supiores agunt. Item suplunare, apter ppetuam lucis et quietis tranquillitatē, elysiu. Hunc aut̄ apter inconstantiam et obfusione rex fluctuantū, infernum, nūcupabant. Hoc paulo latius

prosecuti sumus, ut ostendamus hominem, qua in pte/mutabilitatis p̄t̄ceps est, in ea quoꝝ necessitati esse obnoxium. in ea vero, qua imortalis est, diuinitati esse cognatum. Ex quo colligi potest, id quod supra dictum est, q̄ videlicet om̄ humanaꝝ actionū ad hūc finem concurrit intentio, ut vel diuīne similitudinis imago in nobis restauretur, vel huius vite necessitudi ōſulat, que quo facilius ledi potest aduersis, eo magis foueri et deseruari indiget.

**V**in quo homo similis sit deo .ix.

**D**uo vero sunt, que diuīna in homine similitudinem reparant: id est speculatio veritatis, et virtutis exercitiū: q̄ in hoc homo similis deo est, q̄ sapiens et iustus est: sed iste mutabiliter, ille immutabiliter, et sapiens, et iustus est. Illaz vero actionū, que huius vite necessitudini deseruuntur, trīmodū genus est. Primum, quod naturae instrumentū amministrat. secundum, quod d̄tra molesta, q̄ extrīseculus accidere p̄t̄mumit. tertium, quod d̄tra iam illata prestat remediū. Cum igit̄ ad repandā naturā nōam intendimus, diuīna actio est, cū vero illi quod infirmū in nobis est, necessaria prouidemus, humana. Omnis ergo actio vel diuīna est, vel humana. Possimus aut̄ non incongrue illam (eo q̄ de superioribus habeat) intelligentiā appellare, banc vero (q̄ de inferioribus habetur) et quasi quodā cōfilio indiget) sciam vocare. Si igit̄ sapientia, ut supra dictum est, cūctas que ratione fiūt moderatur actōnes, consequēs est iam, ut sapientiā has duas ptes atīmere. i. intelligentiā, et scientiā dicamus. Rursus intelligentia, qm̄ et in īvestigatione veritatis, et in mox consideratione laborat, eam in duas species diuidimus, in theoricā. i. speculativā, et practicā. i. actiūā, que etiā ethica. i. moralis appellatur. Scientia vero, q̄ opa humana prosequitur, congrue mechanica. i. adulterina vocatur.

**V**De tribus opibus .x.

**S**unt etenim tria opera, id est, opus dei, opus naturae,  
opus artificis, imitantis naturam. Opus dei est, quod  
non erat/creare: unde illud: In principio creavit de-  
us celum et terram. Opus naturae, quod latuit ad actum produ-  
cere: unde illud: Producat terra herbam virentem secundum. Opus  
artificis est, disgregata coniungere, vel diuincta segregare:  
unde illud: Consuerunt sibi pizomata. Nec enim potuit, vel  
terra celum creare, vel homo herbam producere, qui nec pal-  
lum ad statuam suam addere potest. In his tribus ope-  
ribus, conuenienter opus humanum, quod natura non est, sed imi-  
tatur naturam, mechanicum, id est adulterinum notatur. quem  
admodum et clavis subintroducta, mechaica dicitur. Quia  
liter autem opus artificis imitetur naturam, longum est et one-  
rosum prosequi per singula. Possimus tamen exempli causam in  
paucis id demonstrare. Qui statuam fudit, hominem intuitus  
est. Qui domum fecit, montem respergit. Quia enim ait pro-  
pheta, qui emittebat fontes in conuallibus, intra medium mon-  
tium pertransibunt aquae: eminentia montium, aquas non re-  
tinet, ita domus in altum quoddam cacumine levanda fuit, ut irru-  
entium tempestatum molestias, tuto excipere posset. Qui usque ve-  
stimentorum primus adiuuavit, considerauit, quod singula quecumque  
nascentia, propria quedam habeant munimenta, quibus naturam  
suam ab incommodis defendunt. Cortex ambit arborem, penna  
tegit volucem, piscem squama opit, lana ouem induit, pilorum  
umenta et feras vestit, concha testudinem excipit, ebur ele-  
phantem iacula non timere facit. Nec tamen sine causa factum  
est, quod cum singula animantium naturae suae arma secum  
nata habeant, scilicet homo inermis nascitur et nudus. Oper-  
tuit enim, ut illis, quae sibi prouidere nesciunt, natura consu-  
leret, homini autem ex hoc etiam maior rependi occasio pre-  
staretur, cum illa quae ceteris naturaliter data sunt, propria  
ratione sibi inueniret. Multo enim nunc magis emitet ratio  
hominis, hec eadem inueniendo, quam habendo claruisse.

Nec sine causa proverbiū sonat, q̄ Ingeniosa famēs om̄s  
excuderit artes. Hac equidem ratione illa que nunc excel-  
lētissima in studijs hominū vides, reperta sunt. Hac ea-  
dem p̄m̄gendi/terendi/sculpendi/fundendi/infinita genera  
exporta sunt, ut iam cum natura ip̄m miremur artificē.

**Quid sit natura . xij.**

**Q**via vero iam totiens naturam, nominauimus, licet  
ut ait tullius/naturam diffinire difficile sit, nō tñ  
huius vocabuli significatio, omnino silentio p̄tereunda vi-  
detur. Neq; quia non omnia que volumus dicere possumus  
id qd̄ possumus tacere debemus. Plura veteres de natura  
dixisse inueniuntur, sed nihil ita, ut non aliquid restare vide-  
atur. Quantum tamē ego, ex eorum dictis conicere possū,  
tribus maxime modis, huius vocabuli significacione uti so-  
lebant, singulis suam diffinitionē assignando. Primo mo-  
do, per hoc nomen significare voluerunt, illud archetipum  
exemplar rerum omnium, quod in mente diuina est, cuius  
ratione omnia formata sunt. et dicebant, naturaz esse vniq;  
cuiusq; rei primordiale causam suā, qua nō solum esse,  
sed etiam talis/esse debeat. Hinc significatiōni talis diffi-  
nitio assignat. Natura ē que vnicuiq; rei/suum esse tribuit.  
Secundo modo, naturam esse dicebant, p̄prīum esse vnius-  
cuoq; rei/cui significatiōni talis diffinitio assignatur: Na-  
tura vnamquāq; rem informans, p̄pria differentia dicit, se-  
cundum quam significatiōnem dicere solemus. Natura ē  
omnia pondera ad terram vergere, levia alta petere, ignē  
vtere, aquam humectare. Tercia diffinitio talis est. Natu-  
ra est ignis artifex, ex quadam vi procedens, in res sensibi-  
les procreandas. Phisici nanq; dñt, oīa ex calore et humore  
procreari. Unde virgilius, oceanum patrem appellat. et  
Valerius soranus in quodaz versu, de jove, in significatiōne

Diffinitio p̄a naturae.

D. aff. 2<sup>a</sup>3<sup>a</sup>. aff. 2<sup>a</sup>

ignis etherei dicit: Jupiter omnipotēs/rex/regūq; reptor,  
Progenitor/gemitusq; deū verū/vnus et idem.

**D**e ortu logice .xi.

**D**istq; igitur theorice/et practice/et mechanice or-  
tum demonstrauim⁹, supest logicę quoq; originē  
investigare, quam idcirco vltimam ā numero, quia  
postremo inuenta est. Ceterę prius reptę fuerant, sed ne-  
cessē fuit logicā quoq; inueniri: qm̄ nemo de rebus ouemē-  
ter differere potest, nisi prius recte loquendi ratōne agno-  
uerit. Nam sicut dicit Boetius, cū primit⁹ antiqui circa na-  
turās rex, et mox qualitates inuestigādas, opam impēde-  
rent, necesse fuit sepe falli eos: qz, vocum et intellectuū di-  
scretionem non habebant. Ut in multis euemit Epicuro, qui  
athomis mundū disstere putat, et honestū, volūptatē, men-  
titur. Hoc aut idcirco huic, atq; alijs accidisse, manifestū  
est: qm̄ p impiam disputandij, quicquid ratiocinatōe cō-  
prehenderat, hęc in res ipas quoq; remire arbitrabantur.  
Hic uero magnus est error, neq; em̄ sese res ut in numeris,  
ita etiam in ratiocinatōbus habent. In numeris em̄, quic-  
quid in digitis recte dputantis euenerit, id sine dubio i res  
quoq; ipas euemire necesse est. Ut si ex calculo centū otige-  
rit, centū quoq; res illi numero subiectas esse, necesse est.  
Hoc vero non eque in disputatōne seruatur. Necq; enim  
quicquid sermonū decursus inuenitur, id in natura fixū te-  
netur. Hua re necesse est falli, qui abiecta scientia disputā-  
di, de rex natura pquireret. Nisi em̄ prius ad scientiā ve-  
nerit, que ratiocinatō veram teneat semitā disputāti, que  
verisimilez, et agnouerit que fida, que possit esse suspecta  
rex incorrupta veritas, ex ratiocinatōne non potest inueni-  
ri. Cum, igitur, veteres sepe multis lapsi erroribus, falsa  
quędam, et sibi contraria, in disputatōne colligeret, atq; id  
fieri impossibile videret, ut de eādem re contraria cōclu-  
sione facta, utrāq; essent vera, que sibi discuties rationatio-

oclausisset, cuive rōcimati credi oporteret esset ambiguū,  
 visum est prius disputatōm īpius veram atq; integrā con-  
 siderare naturā, qua cognita, cū illud quoq; qd p disputa-  
 tionem īueniret, an vere dphesum esset posset intelligi.  
**H**incigit, profecta logice pīta disciplīna, que disputandi  
 modos, atq; ipas ratōcimatōes īēnosēndi vias parat: ut  
 que ratiocimatō, nūc quidē vera, nūc aut falsa, que vō sp  
 falsa, que nunq; falsa possit agnoscī. Hec tpe quidē pōstre-  
 ma est, sed ordīne prima. Hec em īchoantibus philosophi-  
 am, prima legenda est, pōterea, qj ī eo doceat vocū et intel-  
 lectū natura, sine quib; nullus philosophiē tractat? ra-  
 tōabilitē explicari potest. Logica dicit, a grecō vocabu-  
 lo logos, quod nomē gemmā habet īterptationem. Dicit  
 em logos, sermo sive ratō, et īde Logica, sermocionalis si-  
 ue ratōnalis scīa, dici potest. Logica ratōnalis, que disertiu-  
 a dicit, ītinet dyaleticā et rethoricā. Logica sermociona-  
 lis genus est, ad gramaticā, dyaleticā, atq; rethoricā, et ī-  
 tinet sub se disertiuam. Et hec est logica sermotōalis, quā  
 quartā post theoricā, practicā, mechanicā annueramus.  
**N**ec putandū est īdeo Logicam, id est sermocionale dīci, qj  
 ante eius īventionē nulli fuerūt sermones, et quasi homi-  
 nes mutuas locutōnes prius non habuerūt. Crāt prius et  
 sermones omnes, et līg; sed nondū ratō sermonū et līraz ī  
 usum redacta fuerāt, nulla adhuc recte loquendi vel dispur-  
 tandi pcepta data erant. Omnes em scīe prius erant ī usu,  
 qj ī arte. Sed considerātes deinde hōtes, usum ī artem pos-  
 se ouertū, et qd vagū fuerat et licentiosum prius, certis re-  
 gulis et pceptis posse restrīngi, cōperūt (ut dictū est) īstudi-  
 nū, que partim casu, partim natura exorta fuerat, ad  
 artem reducere, id quod prauum usus habebat, emendan-  
 tes, quod minus habebant, supplentes, quod supfluum ha-  
 bebat resecantes, et de cetero singulis certas regulas, et  
 pcepta presribentes. Huiusmodi fuit origo omnū artū

hic per singula currentes, verum inuenimus. Pruisq; esset  
grammatica, et scribebatur et loquebatur homines. Pruisq; esset  
dialetica, ratione inveniendo verum a falso discernebatur. Pruisq; esset  
rhetorica, iura ciuilia tractabatur. Pruisq; esset arithmeticā,  
sciam numeradi habebatur. Pruisq; esset musica, canebant.  
Pruisq; esset geometria, agros mensurabant. Pruisq; erat astro-  
nomia, per cursus stellarum discretos temporum capiebatur. Sed  
venerunt artes, quod licet ab usu principiū supererunt, usu tam  
meliores sunt. Hic locus erat exponere, qui fuerint singula-  
rum artium inuentores, qui extiterint, aut ubi, aut quo per eos di-  
sciplinę exordiū sumpserint. Sed volo quadam prae phīce, di-  
visione singulas a seminice discernere.

**O**portet ergo breuiter recapitulare quod supradicta sunt,  
ut facilior fiat transitus ad sequentia. Quatuor tamen  
diximus esse scientias, que reliquas omnes continent, id est theo-  
ricam, que in speculatione veritatis laborat, et practicā, quod  
morum disciplinā desiderat, et mechanicā, que huius vitę ac-  
tiones dispensat, logicam quoque, quod recte loquendi et acute lo-  
quendi sciā p̄stat. Hic itaque non absurde ille quaternariū atque  
intelligi potest, quod ob reverentiā sui antiqui in insurandum ales-  
uerat. Unde et illud dictū est, per qui nō rāmū numerū dedit  
ille quaternū. Hęe qualit̄ sub phīia continantur, et rursus  
quas sub se continent, repetita breuiter diffinitione phīicē ostē-  
damus.

**L**iber secundus. De discretionē artium .c. 1.  
philosophia, est amor sapientię, que nullius in-  
digens, vivax mens, et sola rerum prima  
ratio est. Hęc diffinitione magis ethimolo-  
giā nostris spectat; philos enim grēce, amor, dr.  
latię, sophia, sapientia, et inde phīia dictū ē. i.  
Amor sapientię. Qd autem additur, quod nullius in-  
digens, vivax mens, et sola rerum prima ratio est, diuina sapientia significat,

que ppter ea nullius indigere dicitur, qz nihil minus daret,  
sed semel et simul omnia intuetur pterita/presentia /et futura.  
**V**iuax mens, i.e. circo appellatur, qz qz semel in diuina fuit  
rone, nulla vnoqz obliuione aboletur. **P**rima reru ratio est,  
qz ad ei2 similitudinem cuncta formata sunt. **D**icunt quidam, qd  
illud vni agunt artes/semper maneat. **H**oc ergo omnes artes  
agunt, hoc intendunt, ut diuina similitudo in nobis repara-  
tur, qz nobis forma est deo natura, cui quantumagis deforma-  
mur, tantumagis sapimus. **T**unc enim in nobis incipit relucere,  
qd in ei2 rone semper fuit, qd/qz in nobis transit, apud illum  
incomutabile distat. **A**liter. **P**hilia est ars artium et disciplina  
discipliarum, id est ad quam omnes artes et disciplinas spectant. **A**rs  
dici p sciencia, qz artis pceptis regulisqz distat, ut est in scriptura.  
disciplina, qz dicitur plena, ut est in doctrina. **V**el ars dici est, quan-  
do aliqd verisimile, at qz opinabile tractatur. **D**isciplina, quan-  
do de his qz aliter se habere non potest, veris disputacionibz ali-  
quid dissentit. **Q**uam differentia, plato et aristotiles esse  
voluerunt, inter artem et disciplinam. **V**el ars dici est fit  
in subiecta materia, et explicatur per operationem, ut architectu-  
ra. **D**isciplina vero, qz in speculatione distat, et per solam expli-  
catur rationationem/ut logica. **A**liter. **P**hilosophia est meditatio  
mortis: qz magis duemus xpianam, qz seculi ambitione calcata, qz  
duersatione disciplinali similitudine future patrie vivunt. **A**liter  
**P**hilosophia est disciplina omnium rerum diuinorum atque humana, ra-  
tiones probalit uestigans. **S**ic omnia studioz ratio ad phi-  
losophiam spectat. **M**onitorio non omnis philosophia  
est, et ideo philosophia aliquo modo ad omnes res perti-  
nere videtur.

**D**in quibus partibus dividitur philosophia. .ii.  
philosophia dividitur in theoricam, practicam, me-  
chanicam, et logicam. **H**ec quatuor omnem conti-  
nent scientiam. **T**heorica interpretatur specu-  
lativa, practica activa, quam alio nomine ethicam, id est

moralem dicunt, eo quod mores in bona actione consistant. Mechanica/adultina, quia circa humana opera versatur. Logica/sermocionalis, quod de verbis tractat. Theorica dividit, in theologiam, mathematicam, et physicam. Hanc divisionem Boetius facit alijs verbis, theoriken secans in intellectibilem, et in intelligibilem, et naturalem; per intellectibilem significans theologiam, per intelligibilem mathematicam, per naturalem physicam. Demque intellectibile sic diffinit.

### De theologia .iii.

Intellectibile est, quod unum atque idem per se in propria specie dividitur, consistens, nullis sensibus, sed sola tantum mente intellectuque capitur. Hoc res ad speculatorem deitatem, ad ammirandam corporalitatem, considerationemque verae philosophiae/indagatione compomitur: quod inquit, greci theologiam nominant. Dicta autem theologia, quasi sermo habitus de diuinis. Theos enim deus, logos sermo vel ratio interpretatur. Theologia igitur est, quando aut ineffabilem naturam dei, aut speciales creaturas, ex aliqua parte profundissima qualitate disserimus.

### De mathematica .iiij.

Mathematica autem doctrinalis scientia est. Mathesis enim quoniam tamen habet sine aspiratione, interpretatur via mentis, et significat superstitionem illorum, qui fata hominum in constellatis ponunt. Unde et huiusmodi, mathematici appellati sunt. Non autem tamen habet aspiratum, doctrinam sonat. Hoc autem est, quod abstracta considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas est, quam intellectu a materia separantes, vel ab aliis accidentibus, ut est par, impar, et huiusmodi, in sola ratione tractamus. quod doctrina facit non natura. Hac Boetius, intelligibilis appellat, quod primam per intellectibilem cogitationem atque intellectu intelligentia apprehendit, quod sunt omnia celestium opum super diuinitatis et quicquid sub lunari globo beatore atque puriore substantia valet, et postremo humanarum animarum. quod omnia

cum prioris illius intellectibilis substātiq; fuissent/corpoꝝ tactuꝝ ab intellectib; ad intelligib; degenerarūt, ut magis ipa intelligantur/q̄ intelligat, et intelligentia puritate tūc beatiora sine/quoties se se intellectibiliꝝ applicarint. Spirituꝝ, nanq; et aīaz natura, q̄ incorporea et simplex est/intellectibilis substātiq; p̄ticeps est. Sed quia p̄ instrumenta sensuꝝ, nō vñiformiter ad sensibilia ḡphendēda descendit, eorūq; similitudinē p̄ imaginatōneꝝ ad se trahit, in eo quodāmō suā simplicitatē deserit, quo cōpositōnis rōeꝝ amittit. Neq; em̄ om̄imō simplex dici potest, quod oposito simile est. Eadē igitur, res/diuersis respectibus, intellectibilis simul et intelligibilis est. Intellectibilis/eo q̄ incorporea sit natura, et nullo sensu ḡphendi possit. Inteligibilis vero ideo, q̄ similitudo quidē est sensibiliꝝ/nec tam sensibilis. Intellectibile est em̄, quod nec sensibile est, nec similitudo sensibilis. Intelligibile aut̄, q̄ ipm quidem solo p̄cipitur intellectu; sed nō solo intellectu p̄cipit, quia imaginatōnem vel sensum habet/quo ea que sensibus subiacēt ḡphendit. Tangendo ergo corpora degeneratur: quia dum visibiles corp̄m formas, per sensuꝝ passiones p̄currit, easq; attractas per imaginatōneꝝ in se trahit, toties a sua simplicitate scindit, quotiens aliquibus contrarieꝝ passionis qualitatibus informatur. Cum vergab hac distractōne ad puram intelligentiam cōscendēs, in vnū se colligit/fit beatior, intellectibilis substātiq; p̄ticipatōne.

### De quaternario animo. .v.

**Q**uis quoq; progressionis/regressionisq; rōnem, ipse etiā numerus docet. Dic ter vnū/fiūt tria: dic ter tria/fiūt. ix: dic tēs. ix. fiūt. xxvij: dic ter. xxvij fiūt. lxxij. Ecce in quarto gradu, tibi vnitas prima occurrit. Idēq; euemre videbis/si vslq; ad infinitū dureris multiplicatōz, ut sp̄ i quarto gdu vnitas em̄eat. Rectissime aut̄ simplex aīg ēentia vnitate exprimit, q̄ ipa quoq; incorporeā ē.

**T**ernarius quoq; p̄t indissoluble medie v̄nitatis v̄iculū, congrue ad ammām refertur, sicut quaternarius: q̄r duo media h̄z, ideoq; dissolubiliꝝ ē, p̄rie ad corpꝝ p̄tinet. **Pri-**  
**ma,** igitur, progressio aīg ē, q̄ de simplici ēēntia sua, q̄ mona-  
de figuratur, i virtualē ēnariū se extendit, vt iam p̄ cōcupi-  
scētiā aliud appetat, aliud p̄ irā dēnat, p̄ rōem int̄ v̄trū-  
q; discernat: et recte a monade in triadē profluere d̄r: q̄r  
ōis ēēntia nat̄alit̄ prior ē potētia sua. **R**ursū, q̄ eađ v̄nitas  
i ternario multiplicat̄ ter inuenit̄, h̄c significat̄ qm̄ āīma  
nō p̄ partes, s; tota i singulis suis potētis d̄sistat. **N**e qz ei  
vel rōne solā, vel irā solā, vel d̄cupiscētiā solā, terciā pte;  
aīg dicere possumꝝ, cū nec aliud, nec minꝝ sit in substantia  
rō q̄ āīa, nec aliud nec minꝝ ira q̄ āīa, nec aliud nec minꝝ  
d̄cupiscētiā, q̄ āīa: s; una eadē q; subā, s; m̄ diuersas poten-  
tias suas, diuersa sortē vocabula. **D**einde, a virtuali ter-  
nario, sc̄da progressionē, ad regendā humāni corporis musi-  
cam descendit, que nouenario cōponit̄, q̄bus, q̄r nouē sūc  
foramina i humano corpe, sc̄dē tempantiā naturale, influit  
et effluit om̄e, quo idē corpꝝ vegetatur et regit. **H**ic quo-  
q; ordo ē, q̄r priꝝ naturalit̄ āīa potentias suas h̄z, q̄r corpi  
cōmisceat. **P**ostea aut̄, in tercia progressionē, p̄ sensus iam  
extra se profusa, ad visibilia h̄ec, q̄ p. xxvij, q̄ solidꝝ nume-  
rus ē, et trina dimensione, ad similitudinē corporis extendit,  
figurantur dispensāda, p̄ infinitas actiones. **I**n quarta aut̄  
progressione, soluta a corpe, ad puritatez simplicitatis sue  
revertitur, ideoq; in quarta multiplicatione, ubi ter. xxvij  
in lxxxj. excrevit, monas in summo apparet, ut evident̄ cla-  
reat, q̄ āīa post huiꝝ vite terminum, qui per lxxx. designa-  
tur, ad v̄nitatem sue simplicitatis redeat, a qua priꝝ disce-  
serat, cum ad humanum corpus regendum descendebat.  
**Q**uod autem in octuaginta meta humāne vite naturaliter  
consistat, propheta declarat. **S**i inquit in valitudine lxxx.  
ann̄, et amplius eorū labor et dolor. **H**anc quadruplam,

progressionem illū quaternariū animę de quo supra loquuntur, quidam intelligendum putant, eumq; ad differentiā quaternarij corporis, quaternarium animę appellatum.

**D**e quaternario corporis .vi.

**D**am corpori quoq; suū assignat quaternariū. Sicut monas animę, ita dias corpori congruit. Dic, bis duo fuit. iiiij: dic bis. iiiij. fuit. viij: dic bis. viij. fuit sedecim: dic bis sedecim fuit. xxij. Hic in. in. loco, similit idem numerus. i. b̄marii, a quo multiplicato initū sumpsit, tibi occurrit, idemq; si in infinitū processeris in dubitate continget, ut quarto semper gradū b̄marius emineat. Et hic ē quaternarii corporis, in quo intelligi datur omne quod a solubilibus compositionem accipit, ipm quoq; esse dissoluble. Vides nunc satis aperte, ut puto, quomodo animę de intellectib; ad intelligib; degenerant, quando a puritate simplicis intelligenti, qua nulla corpori fuscatur imagine, ad visibilium imaginationem descendunt, rursumq; beatiores fiunt, quando se ab hac distractōe ad simplicem naturę suę fontem colligentes, quasi quodam optimę figurę signo impressę cōponuntur. Est igitur, ut apertius dicaz, intellectibile in nobis, id quod est intelligentia, intelligibile vero, id quod est imaginatio. Intelligentia vero est, de solidis rerum principijs, id est deo, ideis, et ille, et de incorporeis substantijs pura certa q; cognitio. Imaginatio est, memoria sensuum, ex corporum reliquijs inherentibus animo, principium cognitionis, p se certum nichil habens. Sensus est passio animę in corpore, ex qualitatibus extra accidentib;.

**D**e quadrivio .vii.

**Q**uoniam igitur, ut supradictū est, ad mathematicā proprie p̄tineat, abstractā attendere quantitatem, in partibus quantitatis, spēs eius q̄rere oportet. Quantitas abstracta, nichil aliud ē nisi forma visibilis in limamentare, dimensionē atque impressa, q̄ imaginatōe ostendit, cuius gemīc sūt

partes. una continua, ut arbor, lapis, que magnitudo dicitur, alia discreta, ut grec, populus, que multitudo appellatur. Rursus multitudinis, alia sunt per se, ut tres, quatuor, vel quilibet alter numerus. alia ad aliquid, ut duplum, dimidium, sesquialterum, sesquitercum, vel quodlibet tale. Magnitudinis vero, alia sunt mobilia, ut spera, mudi, alia immobilia, ut terra. Multitudinem ergo, que per se est, arithmetica speculatur, illam autem, que ad aliquid est, musica. Immobilis magnitudinis, geometria pollicetur notitiam. Mobilis vero scientiam, astronomice disciplinae peritia vendicat. Mathematica, igitur, dividitur in arithmeticaz, musicam, geometriam, astronomiam.

De arithmeticā .viii.

**A**res, grēce, virtus interpretatur latine, rhythmus numeri, inde arithmeticā, virtus numeri dicitur. Virtus autem numeri est, q̄ ad eius similitudinem cuncta forma- ta sunt.

De musica .ix.

**M**usica, ab aqua vocabulū sumpsit, eo q̄ nulla euphonia, id est bona sonoritas, sine humore fieri potest.

De geometriā .x.

**G**eometria, mensura terrae interpretatur, eo q̄ hec disciplina primū ab egipciis reperta sit, quorum terminos, cum nūlus inundatione sua limo obduceret, et confundere et limites, partis et fūmibus terram mensurate ceperunt: deinde a sapiētibus etiam ad spacia maris, et celi, et aeris, et quorumlibet corporum mensuranda deducta sunt et extensa.

De astronomia .xi.

**A**stronomia, et astrologia, in hoc differre videntur, q̄ astronomia, de lege astrorum nomen sumpsit, astrologia autem dicta est, quasi sermo de astris disserēs. Nomia enim, et logos sermo interpretatur. Ita astronomia videtur esse que de lege astrorum, et conuersione celi disserit, regiones, circulos, cursus, ortus, et occasus siderum.

et cur vnuquodq; ut ita vocetur, inuestigans. **Astrologia**  
autem que astra considerat, secundum nativitatis et mortis et quoniam  
libet aliorum euentuum obseruantia, que prius naturalis est,  
prius supersticiosa. **Naturalis**, in complexionibus corporumque  
secundum superiorum atempantiā variantur, ut sanitas, egritudo,  
tempestas, seremtas, fertilitas, et sterilitas. **Supersticiosa**, in contingentib; et in his que libero arbitrio subiacet,  
quā prius mathematici tractant.

**De arithmeticā. xiiij.**

**H**arithmeticā materiam habet parem et imparē numerum. Par numerus, aliis est pīter par, aliis pa-  
riter impar, aliis impīter par. Impar quoq; numerū tres  
habet species. Prima est primus et inpositus, secunda se-  
cundus et compositus, tercia per se secundus et compo-  
tus, et ad alios opatus, primus et inpositus.

**De musica. xiiiij.**

**C**hōes sunt musicē, mūdāna, humāna, instrumenta-  
lia. **Mūdāna**, alia in elementis, alia in planetis, a-  
lia in tēpib; alia in elementis, alia in numero, alia in ponde-  
re, alia in mensura. **In planetis**, alia in situ, alia in motu,  
alia in natura. **In tēpib;**, alia in diebus vicissitudine lucis  
et noctis, alia in mensib; clementis detrementisq; lunari-  
bus, alia in annis, mutatiōne veris, estatis, autumm, hie-  
mis. **Humāna** musica, alia in corpore, alia in anima, alia in  
onere vtriusq;. **In corpore**, alia est in vegetatōe, secundum quā  
crescit, que omnib; nascentib; duem. **Alia** est in humo-  
ribus, ex quoniam opere humanū corpus subsistit, q; sensi-  
bilis omnis est. **Alia** in opatōib;, que specialiter ra-  
tionalibus dicitur, quibus mechanica pīest, que si modū nō  
excesserint bona sunt, ut inde nō nutrit, cupiditas, unde  
infirmitas fueri debet. sicut Lucanū in laude cathomis re-  
fert. **H**uic epule viciisse famem, magnūq; penates, submo-  
viisse biemem tecto, pīciosaq; vestis, hirtam membra super-

romani more quiriā duxisse togam. **Musica in anima**: alia est in virtutib⁹, vt est iusticia/pietas/et tempantia: alia in potentis, vt est ratio/ira/et occupiscentia. **Musica in corpore et anima**, est illa naturalis amicitia qua anima corpori/non corporis vinculis, sed affectib⁹ quibusdam colligatur/ad mouendū et sensificandū ipsum corpus: scđm quam amicitia nemo carnem suā odio habuit. **Musica hęc est**, vt amet caro, sed plus spūs, vt foueatur corpus, nō pimatur virtus. **Musica instrumentalis**, alia in pulsu, vt fit in tempore, et cordis, alia in flatu, vt in tubis et organis, alia in voce, vt in carminibus, et cantilemis. Tria quoq; sūt genera musicorū, unū qđ carmē singit, aliud qđ instrumentis agit, tertium quod instrumentorū opus, carmenq; diuidicat.

**De geometria .xiii.**

**G**eometria tres habet spēs, planimetriā, altimetriā, cosmetriā. Planimetria, planū metitur, id ē lōgum et latū, et extendit, ante et retro, dextrorsum, et sinistrorsū. Altimetria, altū metit, et extendit sursum et deorsum. Nam et mare altū dicitur et arbor alta, i. sublimis. Cosmos mundū interpretatur, et inde dicta ē cosmometria. i. mensura mundi. hęc metit spērica. i. globosa/et rotunda, sicut ē pila et ouū: bñ etiā a spā mundi/pter excellētiā dicta ē cosmetria, nō, qđ tamen de mundi mensura agat, sed, qđ mundi spēra inter omnia spērica dignior sit.

**De astronomia .xv.**

**N**ec contrariū est, qđ supius imobilez magnitudinez geometrię attribuimus, et mobilez astronomie: qđ hęc scđm primam inuentionē dictum est, secundū quā etiā geometria mensura terre dicitur. Vel possumus dicere, qđ id, qđ geometria in spēra mundi considerat, i. dimensio regionum, et circulorū celestium immobile sit, secundū hoc qđ ad geometricā consideratō punit. Geometria em̄ nō considerat motū, sed spaciū: qđ autem astronomia speculatur/

mobile sit, id est cursus astrorum et interualla temporum. Sic quod universaliter dicemus, immobilem magnitudinem geometriæ esse subiectam, mobilem astronomiæ: quod licet ambæ de eadem re agant, una tamen contemplatur, id quod permanet, altera id quod transit speculatur.

**D**issematio quadriuji .xvi.

**R**ithmetica est, igitur, numerorum scientia, musica est diuisio sonorum, et vocum varietas. Alter. Musica siue harmonia, est plurium dissimilium in unum redactorum concordia. Geometria est, disciplina magnitudinis immobilia, formarumque descriptio contemplativa, per quam universaliusque termini declarari solent. Alter. Geometria est, fons sensuum et origo dictionum. Astronomia est, disciplina inuestigans spaciæ, motus, et redditus, celestium corporum certis temporibus.

**D**e physica .xvii.

**P**hysica, causas rerum in effectibus suis, et effectus in causis suis, inuestigando considerat. unde tremor terræ, quia via maria alta tumescat, herbarum vires, animos irasque ferarum, omne genus fruticû, lapidum, quoque reptiliumque. Physica natura interpretatur. unde etiam superiori divisione theorice physicam naturalem Boetius nominavit. Hec etiam physiologia dicitur, id est sermo de naturis differens, quod ad eandem causam spectat. Physica aliquando large accipitur, equipollens theorice, secundum quam actionem, philosophiam quidam in tres partes dividunt. id est physicam, ethicam, logicam. In qua divisione, mecha-nica non continetur, sed restringitur philosophia, circa physicam, ethicam, et logicam.

**Q**uid sit primum universaliusque artis .xviii.

**Q**uoniam vero omnes artes ad unum philosophiæ tendunt terminum, non una tamen via omnes currunt, sed singule suas proprias quasdam considerationes habent, quibus ab invicem differunt. Logica consideratio-

Testim in rebus, attendens intellectus rerum, sive pro intelligen-  
tiā, ut neque sint hec/neque hec similitudines, sive pro rationē,  
ut neque sint hec, sed hec tamē similitudines. Considerat er-  
go logica species et genera rerū. Mathematicē autē propria  
est, actus confusos incōfuse per rationem attendere. verbi  
gratia. In actu rerum, non iuuenit linea sine superficie et so-  
liditate. Nullum em̄ corpus sic solūmodo longum est, ut la-  
titudine vel altitudine careat, sed ī omni corpore hec tria  
simul sunt, ratio tamē attendit sine superficie, et crassitudine  
lineam pure pro se, quod est mathematicum. non quia ī re ita  
vel sit, vel esse possit, sed quia ratio sepe actus rerum con-  
siderat, non ut sunt, sed sicut esse possunt, non ī se, si quā-  
tum ad ipam rationem, id est, ut ratio pateretur esse. Se-  
cundū quam considerationē dictum est, continuam quanti-  
tatem ī ūmita decrescere, et discretam crescere ī infinitum.  
Talis est em̄ vivacitas rationis, ut omne longum ī lenga  
diuidat, latū ī lata, et cetera, utque ipsi rationi nihil carēt  
interūllo/iterūllum generet. Physicē autē ē propriū, actū  
rerū permixtos, impermixte attendere. Actus em̄ corporū  
mundi/non sunt puri, sed compositi ab actib⁹ purorum,  
quos physica/cum per se non iuueniatur,, pure tamē, et per  
se considerat: purū/scilicet actum ignis, sive terren⁹ sive ae-  
ris/sive aquæ, et ex natura vniuersitatis per se considerata,  
de concretione/et efficientia totius iudicat. Hoc etiā non  
pretereundum est, quod sola physica proprie de rebus agit,  
ceterg omnes de intellectibus rerum. Logica tractat de ip-  
Postquam certa materia prescrifta lectori, et eas scripturas, quae ad diuinam partem pertinent lecto, suis nobis assignando determinauimus, consequens videtur, ut etiam de modo et ordine legendi, aliquid dicamus, quatinus ex his que dicta sunt agnoscat, cui rei studium impendere debat: ex his vero quae sunt dicenda, eiusdem studij sui modum et rationem accipiat. Quia vero facilius, quid agendum sit intelligimus, si prius, quid non sit faciendum agnoverimus. Instruendus est primum, quid cauere debeat, ac inde informandus, qualiter ea quae sunt agenda perficiat. Dicendumque est, quid sit quod ex tanta turba discentium, quorum multi, et ingenio pollent, et viget exercitio, tam pauci, et innumerabiles inveniuntur, quibus ad scientias peruenire contingat. Et ut de illis taceamus, qui naturaliter sunt habentes et tardi ad intelligentium, hoc maxime me mouet, et dignum questione videtur, unde hoc accidit, quod duo pariter ingemio, et equali studio una lectioni intendunt, nec tamen simili effectu eius intelligentiam consecuntur. Alter cito quod querit apprehendit, alter diu laborat, et parum proficit. Sed sciendum est, quod in quolibet negotio duo sunt necessaria, opus, videlicet, et ratio operis, que ita sibi connecta sunt, ut alterum sine altero, aut inutile sit, aut minus efficax. Verumtamen, melior (ut dicitur) prudentia est fortitudine: quia et pondera aliquando, que viribus mouere non possumus, arte leuamus. Sic minirum, est in omni studio, qui sine discretione operatur, laborat quidem, sed non proficit, et quasi aerem verberans, vires inventum fundit. Aspice, duos pariter suam transeuntes, et hunc quidem per deum laborantem, illum vero recti itineris compendia

legentem, pari motu cursum tendunt, s; non eque pueniunt.  
**Q**uid autem scripturam dixerim nisi syluam, cuius senten-  
tias, quasi fructus quosdam dulcissimos, legendo carpi-  
mus, tractando ruminamus? **Q**uid ergo in tanta multitudi-  
ne librorum, legendi modum et ordinem non custodit, qua-  
si in condensitate saltus oberrans, tramitem recti itineris  
perdidit: et (ut dicitur) semper discentes, et nunquam ad sci-  
entiam peruenientes. **T**antum enim valet discretio, ut si-  
ne ipsa, et omne oculum turpe sit, et labor inutilis. **V**t autem  
universaliter complectamur. **T**ria sunt, que precipue stu-  
dii legentium obesse solent, negligentia, imprudentia, for-  
tuna. **N**egligentia est, quando ea que discenda sunt, vel pro-  
fusa pretermittimus, vel minus studiose discimus. **I**mpru-  
dentia est, quando congruum ordinem, et modum, in his q  
discimus, non seruamus. **F**ortuna est, in eventu, casu, siue  
naturaliter contingente, quando vel paupertate, vel infir-  
mitate, vel naturali tarditate, siue etiam doctorum raritate:  
quia, aut non inueniuntur qui doceant, aut qui bene doce-  
ant, a proposito nostro retrahimur. **I**n his autem rebus, de  
primo quidem, id est, negligentia, lector ammonendus est:  
de secundo vero, id est imprudentia instruendus: de ter-  
cio autem, id est fortuna, adiuuandus.

### **¶ Quis sit fructus diuinæ lectionis .vi.**

**Q**uisquis ad diuinam lectionem erudiendus accesser-  
re, primum, qualis sit fructus eius, agnoscat. **S**i-  
chil enim sine causa appeti debet, nec desideria tra-  
bit, quod utilitatem non promittit. **G**eminus est diuina le-  
ctionis fructus, q; mente vel sciā erudit, vel morib; ornat,

Docet quod scire delectet, et quod iuuari expeditat. Quorum alterum, id est scientia, magis ad historiam, et allegoriam: alterum, id est institutio morum, ad tropologiam magis respicit. Omnis diuina scriptura refertur ad hunc finem. Sane, quamvis expeditat magis, iustum esse, q̄ sapientem, scio tamen plures in studio sacri eloquij scientiam querere, q̄ virtutem. Ego autem, quoniam neutrum improbandum, sed utrumq; necessarium et laudabile esse censeo, quid cūq; intentione competit, paucis absoluam. Et primum quidem, de eo qui moralitatis gratiam amplectitur expedi: am.

**V**uomodo legenda sit scriptura diuina ad correctioēm morum. viij

**Q**ui virtutum noticiam, et formam viuendi in sacro querit eloquio, hos libros magis legere debet, qui huius mundi contemptum suadent, et animam ad amorem conditoris sui accendunt, rectumq; viuendi trahit docent, qualiterq; virtutes acquiri, et vitia declinari possint ostendunt. Primum enim, inquit, querite regnum dei, et iusticiam eius: ac si aperte dicat: Et celestis patriæ gaudia desiderate, et quibus iusticie meritis ad ea perueniat, tollerter inquirite. Utrumq; bonum, utrumq; necessarium, amate et querite. Si amor est, oculos esse non potest. Peruenire desideratis, discite, quomodo perueniatur quanto tenditis. Hęc vero scientia duobus modis comparatur, videlicet exemplo et doctrina. Exemplo, quando sanctorum facta legimus, doctrina, qn̄ eoz dicta ad disciplinam nr̄am pertinentia, discimus. Inter que beatissimi gregorij singulariter scripta amplexanda estimo: que qz nichil p̄ ceteris

dulcia, et eterne vita amore plena visa sunt, nolo silentio  
preterire. Oportet autem, ut qui hanc ingressus fuerit viam, in libris quos legerit, discat, non solum colore dictaminis, sed virtutum emulatōne prouocari: ut eum, non tam verborū pompositas aut concinnatio, quam veritatis pulchritudo delectet. Sciat etiam, ad p̄positum suū non conducere, ut inā rapta desiderio scientie obscuras et profundę intelligentię scripturas exquirat, in quibus magis occupetur, quam edificetur animus: ne sic eum sola lectio teneat, ut a bono ope vacare compellat. **C**ristiano philosopho lectio exhortatō debet esse, non occupatō, et bona desideria pascere, non ne care. Relatum michi aliquando memini, de quodam satis probabilis vita viro, qui tanto sanctorum scripturarum amore flagrabat, ut eis continuū impenderet studiū. Cūque m̄ dies, crescēte scientia, cresceret et desideriū eius, cepit tandem, sapientiam zelatus imprudenter (spretis simplicioribus scripturis) profunda queque et obscura rimari, atque enigmatibus prophetarum enodandis, et mysticis sacramentorum intellectibus vehementer insistere. Sed mens hūana, tantum non sustinens pondus, cepit mox et rei magnitudine, et intentiōis iugitate deficere, tantaque huius importunus occupatōis cura confundi, ut non solum iam ab utilibus, sed etiam a necessariis actibus cessaret. Verso siquidem euentu in contrarium, qui legere scripturas ad edificationem vitæ sue ceperat, quia discretiōis moderamine uti non nouit, easdem nunc occasionem erroris habebat. Sed miseratōne diuina, tandem per reuelacionem ammonitus est, ne amplius harum literarum studio incumberet, sed sanctorum patrum vitā, et martyrum triumphos, aliasque tales simplici stilo dictatas, frequētare desiceret: sicque in breui ad statū pristinū reductus, tantā interne quietis gratiā accipere meruit, ut vere in eo illā dñi vocē ipsisā diceret, quod ipse nō in labore et dolorem consideras, pie nos solari voluit, dicens:

**V**enite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam. et deinceps inueniens inquit requie ait ab viris.  
**H**oc exemplum ideo apposui, ut ostenderem eis, qui in disciplina non litteratur, sed virtutu positi sunt. non oportere lectionem esse fastidio, sed oblectamento. **N**am, et propheta, non noui, inquit, litteraturam, sive negotiationem, introibo in potentiam domini, domine memorabor iusticie tue solius: deo documenti me a iuuenture mea. **C**ui enim ad occupationem scripturas, et ut ita dicam, ad afflictionem spiritus, legitur non philosophatur, sed negotiatur, vixque tam vehemens et indiscreta intentio, vitio superbie carere valet.. **Q**uid autem de lectione simplicis pauli dicam, qui ante implere legem voluit, quod disceres? **R**ue nobis profecto satis exemplo esse potest: non auditores, neque lectores, sed factores potius iustos esse ante deum. Considerandum preterea est, quod lectio duobus modis animo fastidium in gerere solet, et affligere spiritum. **V**t qualitate videlicet, si obscurior fuerit, et quantitas, si prolirior extiterit. In quo utrumque magno uti moderamie oportet, ne quod ad refectionem quiescitum est, sumatur ad suffocationem. **S**unt, qui omnia legere volunt: tu noli contendere, sufficiat tibi, nihil tua interest, an non omnes legeris libros. **I**nfinitus est librorum numerus, tu noli sequi infinita. **V**bi fimus non est, requies esse non potest: ubi requies non est, Pax nulla est, ubi Pax non est, deo habitare non potest. In pace, inquit propheta, factus est locus eius, et in syo habitatione eius. In syon, sed in pace, esse syon oportet, sed pacem non amittere. Contemplare, et occupari noli. **N**oli avarus esse, ne forte semper egeas. **A**udi salomonem, audi sapientem, et discere prudentiam. **F**ili mi, inquit, amplius his ne requiras, faciendi plures libros, nullus est fimus. frequensque meditatio, carnis afflictio est. **V**bi ergo est fimus? **F**inem loquendi omnes pariter audiamus: Deum time, et mandata eius obserua, hoc est omnis homo.

**L**ectionem esse incipientium,  
opus perfectorum . viii.

Nemo me pro his, que super cōmemorauit, estimet lectorum diligentia reprehēdere, cū ego potius diligētes lectores, ad p̄positum hortari intendam, et eos qui libenter discunt, laude dignos ostendere. Sed ibi locutus sum eruditis, nunc aut erudiendis, et doctrinam, que principium est disciplīe, inchoātibus. Illis studium virtutum, istis vero īterum exercitium lectionis proposūt: sic tamen, ut nec hi virtute careant, nec illi prorsus lectionem omittant. Nam, sepe minus prouidendum est opus, quod non p̄cedit lectio: et doctrina minus utilis, quam non sequit̄ bona operatio. Oportet autem sumopere et illos cauere, ne forte ad ea que retro sunt aspiciant: et istos consolari, si ubi illi sunt, quandoq; p̄uemire desiderant. Utrosq; ergo exerceri, et utrosq; promoueri conuenit. Nemo retro abeat, ascendere licet, sed nō descendere. Si vero necdū ascendere potes, sta in loco tuo. Liber a culpa non est, qui alienum usurpat officium. Si monachus es, quid facis in turba? Si amas silentium, cur de clamantibus assidue īteresse delectat. Tu semper ieiunis et fletibus īsistere debes, et tu philozophari queris. Simplicitas monachi, philosophia eius est. Sed docere inquis, alios volo. Nō ē tuū docere, sed plangere. Si tamē doctor es se desideras, audi qd facias. Vilitas habitus tui, et simplicitas vultus, īnocentia vita, et sanctitas conuersationis tue, docere debent homines. Melius fugiendo mundum doce, qd sequendo. Sed adhuc forte prosequeris, et quid, inquietus? Nonne saltē, si volo discere, michi licet? Supradixi tibi, lege, et occupari noli. Exercitum tibi ēē potest lectio, sed non p̄positum. Doctrina bona est, sed incipientium est. Tu vero te perfectum fore promiseras, et ideo tibi nō sufficit, si incipientibz coeq̄ris. Plz aliquid te facere oportet. Cōsidera ergo ubi sis, et qd agere debeas facile agnoscis.

**D**e quatuor gradibus .iii.

**Q**atuor sunt in quibus nunc exercetur vita iustorum.  
et quasi per quosdam gradus ad futuram perfe-  
ctionem subleuatur videlicet lectio sive doctrina.  
meditatio.oratio.operatio. Quinta deinde sequitur con-  
templatio. in qua quasi quodam precedentium fructu in  
hac vita etia; que sit boni opis merces futura pregustatur  
**V**nde psalmista cum de iudicis dei loqueretur. commen-  
dans ea statim subiunxit. i custodiēdis illis retributio mul-  
ta est. **D**e his quinque gradibus primus gradus. id est lectio  
incipientium. est supremus. id est contemplatio perfecto-  
rum. Et de mediis quidem quanto plures quis ascenderit  
tanto perfectior erit. verbi gratia. **P**rima lectio/intellige-  
niam dat. secunda meditatio consilium prestat. tercia ora-  
tio petit. quarta operatio querit. quinta cōtemplatio inue-  
nit. **S**i ergo legis et intelligentiam habes. et nosti iam qd  
faciendum sit initium boni est. sed adhuc tibi non sufficit.  
nondum perfectus es. Scande itaq; i arcem consilij. et me-  
ditare qualiter implere valeas quod faciendum esse didici-  
sti. **M**uli enim scientiam habent sed pauci sunt qui noue-  
runt qualiter scire oporteat. **R**ursus quoniam consilium ho-  
minis sine divino auxilio infirmum est et inefficax. ad ora-  
tionem erigere et eius adiutorium petere sine quo nullum po-  
tes facere bonum. ut videlicet. ipsius gratia que preueni-  
endo te illuminavit. subsequendo etiam pedes tuos diri-  
gat in viam pacis. et qd in sola adhuc voluntate est ad esse  
etum perducat bone operationis. **D**einde restat tibi ut ad  
bonum opus accingaris. ut quod orando peris. operando  
accipe merearis. tecū opari vult deus. nō cogoris si iuuaris  
**S**i solus tu mihi p̄ficiis. si solus deus opaf mihi mereris. Operi er-  
go deus ut possis. operis et tu ut aliquod merearis. **V**ia ē opa-  
tio bona. qua itur ad vitam. **C**ui viā hanc currit. vitā q̄rit

**C**onfortare et viriliter age. Habet hec via premium suum quotiens eius laboribus fatigati superm̄ respectus grā illu stramur. gustantes et videntes quomā suavis est domin⁹. Sicq; fit qđ supradictū est. qđ oratio querit. contemplatio inuenit. Vides igitur quō p̄ hos gradus ascendentib⁹ per fectio occurrit. vt q̄ infra remāserit. pfectus eē nō possit. Propositiū ergo nobis debet esse semp ascendere. s; qm̄ tan ta est mutabilitas vite nr̄e. vt i eo dē stare nō possim⁹. cogi mur sepe ad trāfacta respicere. et ne amittam⁹ illud i quo sumus. repetim⁹. qñz qđ transiūm⁹. verbi grā. **R**ui in ope strēnus ē. orat ne deficiat. **R**ui p̄cibus insitit. ne orando offendat. meditatur qđ orandū sit. et q̄ aliqñ i p̄prio osilio mīmus osidit. lectōz osulit. et sic euem̄. vt cū ascendere nob̄is semp sit volūtas. descendere tñ aliqñ cogat necessitas ita tñ vt in volūtate nō necessitate p̄positū nr̄m osistat. **O**z ascendim⁹ p̄positū est. qđ ascendim⁹. p̄ter p̄positū. Nō hoc ergo. sed illud p̄incipale esse debet.



### **D**e tribus generibus lector̄ .x.

**A**uis utputo aperte demonstratum est p̄nnectis. et aliquid amplius de se promittentibus non idem esse p̄positum cum incipientibus. sed sicut illis aliquid concedit. qđ isti sine culpa mimme agere possunt. ita etiā ab istis aliquid requiri quo illi nōdum obligati sunt. **N**unc igitur ad promissa soluenda redeo. vt videlicz ostendam qualit̄ eis diuina scriptura legenda sit qui adhuc in ea solum querunt scientiam. Sunt nonnulli qui diuine sc̄pture scientiaz appetunt. vt vel diuitias congregent. vel honores obtineant. vel famā acquirant. quoꝝ intentio quantum puerſa. tñ est miseranda. Sunt rursus alij quos audiēre verba dei et opa eius discere delectat. nō quia salutifera. sed quia mirabilia sunt. Scrutari archana et inaudita cognoscere volunt. multa scire. et mil facere. Inuanum mirantur potentiam. qui non amant misericordiam.

**A**dos ergo, quid aliud agere dicam, q̄ p̄ comā diuīma ī fabulas cōmutares. Sic theatralib⁹ ludis, sic scēnīs carmībus intēdere solemus, vt sc̄z auditum p̄ascam⁹ nō ammū. **H**ui⁹ modi tñ, nō tam cōfundi, q̄ adiuari oportere censeo, quoꝝ voluntas non utiq; maligna est, sed improuida. **N**isi vero idcirco sacram scripturā legunt, vt sc̄dm apostoli p̄ceptum, pati sūt om̄i poscenti reddere rationē, de ea fide i qua positi sunt: vt videlicet inimicos veritatis fortiter destruant, minus eruditos doceant, ip̄i p̄fectius viam veritatis agnoscant, et altius dei secreta intelligentes/ artius ament, quoꝝ mīmirū deuotio laudanda ē, et imitatione digna. **T**ria igitur sunt genera hom̄m, sacram scripturā legentium: quoꝝ quidem primi miserandi sunt, sc̄di iuuandi, terciij laudandi. **M**os vero, quia om̄ibus consulere intēdimus qđ bonum est, ī omnibus augeri cupimus, et qđ puerum cōmutari. **O**mnes intelligere volumus, quod dicimus, om̄ines facere quod hortamur.

**I**ncepit liber sextus. Quomodo legenda sit sacra scriptura. a querentibus scientiam ī ea .i.

**D**eo tibi, lector, ordīmem, sc̄z et modum p̄pono, que si diligenter īspēxeris, facile tibi iter legendi patebit. In horū vero consideratōe, nec oīa tuo ī genio relinquā, neq; p̄ meam diligentia, saus tibi fieri promitto. sc̄z sic quetā breuiter p̄libando transcurrā, vt et posita aliqua, quibus erudiaris, et aliqua p̄termissa, q̄ bus exercearis inuenias. **O**rdīmem legendi, supra quadrigārū esse cōmemorau, alium ī disciplinis, alium in libris, alium in narratione, atq; alium in expositione. **C**uꝝ qualiter in diuina scriptura assignanda sint, nondū ostendi. **V** De ordīng, qui est in disciplinis .ii.

**D**rum ergo hunc ordinem, qui queritur in disciplinis, inter historiam, allegoriam, tropologiam, diuinum lectorem considerare oportet, quod harum alia ordine legem di pcedat. In quo illud ad memoriam reuocare, non inutile est. quod in edificiis fieri despicitur, ubi primum quidem fundamentum ponitur, de hinc fabrica superedificatur, ad ultimum consumato opere domus, colore superducto vestitur.

**S**ic minima in doctrina fieri oportet, ut videlicet, prius historiam discas, et rex gestarum veritatem a principio repetens, usque ad finem, quid gestum sit, a quibus gestum sit, et ubi gestum sit, diligenter memorie commendes. Hec enim quatuor principia in historia reqrenda sunt, persona, negotium, tempus, et locus. Neque ego te, perfecte subtilem posse fieri puto in allegoria, nisi prius fundatus fueris in historia. Noli ostendere minima hec. Paulatum deficiunt, quod minima contemnunt. Si primo alphabetum disceret, temisses, nunc inter grammaticos tamen nomine non haberes. Scio quod tam esse, quod statim pharao voluit, fabulas pseudo apelles relinquerendas, aiunt. Quorum sciencia forma a simili similis est. Noli huiusmodi imitari. Paruis imbutus, temptabis gradia tutus. Ego affirmare auctoritate deo, nihil me vinxisse, quod ad eruditionem pertineret, templuisse, sed multa sepe divisiisse, quod aliis ioco, aut deliramente similia visiderentur. Nemini me dum adhuc scolaris esse, elaborasse, ut omnium rex oculis subiectarum, aut in usum vementium, vocabula scire, preponens, liberum rerum naturam illum non posse prosequi, qui earudem scientiam adhuc ignoraret. Quotiens sophismata meorum, quod gratia breuitatis, una vel duabus in pagina dictis, signauerant, a memetipso quotidianum erigi debitum: ut etiam sententiarum, questionum, et oppositionum omnifere quas diceram, et solutioes memoriter tenerem, et numerum. Causas sepe informauit, et dispositioes ad invenientiam, et controversias, quod reboris, quod oratoris, quod sophiste officium esset, diligenter

distinx. **Calculos** in numerū posui, et mīgris pavimentum  
carbombus depm̄p̄, et ip̄o exēplo oculis subiecto, q̄ ampli-  
gōni, q̄ ortogoni, q̄ origoni, differēta esset, patent demō-  
strati: vtrū ne quadratū, equilaterū, duobus in se laterib⁹  
multiplicatis, embadū impleret, utrobiq; procurrēte podis-  
mo didici. Sepe nocturnus horoscopus ad hiberna p̄ vigi-  
lia excubauit. Sepe ad numerū protensū in ligno madagā  
ducere solebā, ut et vocum differentiam aure p̄ciperem, et  
ammū pariter melli dulcedine oblectarē. **Hec** puerilia qui-  
dē fuerāt, sed tñ non iutilia. Neq; ea nūc scire, stomachū  
meū onerāt. **Hec** aut̄ n̄ tibi replico, ut vel meā sciam, q̄ nul-  
la est, vel pua est, iacticē, sed ut ostendā tibi illum incedere  
aptissime, qui incedit ordinate, neq; ut quidā, dum magnū  
saltum facere volūt, p̄cipitum incidūt. **Sicut** in virtutib⁹,  
ita in sciētijs quidā gradus sunt. Sz dicis: **Multa** iuemo in  
historijs, que nulli⁹ videntur ēē utilitatis, q̄re i hui⁹ modi  
occupabor, bene dicis. **Multa** siquidē sunt in scripturis, q̄  
in se considerata, nichil expetēdū habere vident: q̄ tñ si alijs  
quib⁹ coherent op̄aueris, et in toto suo trutinare ceperis,  
necessaria pariter et op̄ctēta ēē videbis. **Alia** ppter se scr-  
enda sūt, alia aut̄ q̄uis nō ppter se videant, nō labore dig-  
na, q̄r tñ sine ip̄is illa enucleate scrii nō possunt, nullaten⁹  
debent negligenter pteriri. **Oīia** disce, videbis postea in-  
chil esse supfluum. Coartata scia, iocunda non est. **De li-**  
**T**bris aut̄, qui ad hanc lectionē viles sunt, si quid michi vide-  
atur queris, hos magis frequētandos existimo. **Genesim,**  
**exodum, josue, librū judicū, et regū, et paralipomenō.** No-  
ui vero testamenti, primū q̄tuor euāgelia, de hinc act⁹ apo-  
stolor̄. **Hi. xi.** magis ad historiā p̄tinere michi vident, ex-  
ceptis his, quos historiographos p̄prie appellam⁹. Si tam  
hui⁹ vocabuli significatōe, largius vtimur, nullū est incon-  
ueniēs, ut scz, historiā ēē dicam⁹, nō tñ rerū gestar̄ narratio-  
nē, sz illā primā significationem cūlibet narrationis, que

secundum apertatem verborum exprimitur. Secundum quaz  
acceptationem, omnes utriusque testamenti libros, eo ordine  
quo supra enumerati sunt, ad hanc lectionem secundum lit-  
teralem sensum pertinere puto. Et fortasse, nisi puerile vi-  
deretur, in hoc loco aliqua de modo construendi precepta  
interponerem: quod noui diuinâ scripturâ magis ceteris om-  
ibus, in textu suo esse concisam. quibus tamen icirco sup-  
sedere volo, ne interpolatione nimia appositorum extendam.  
Sunt quedam loca in diuina pagina, que secundum litteras  
legi non possunt, que magna discretione discernere oportet,  
ne vel per negligentiam aliqua pertearamus, aut per importunam  
diligentiam, ad id ad quod scripta non sunt, violenter in-  
torqueamus. Hoc est ergo, o lector, quod tibi apponimus,  
hic campus tui laboris vomere bene sulcat, multiplicè tibi  
fructum referet. Ordine cuncta gesta sunt, ordine incedere,  
per umbram venitur ad corpus. Figuram disce, et iuemes  
veritatem. Nec hoc nunc dico, ut prius veteris testamenti si-  
guras labores euoluere, et mystica eius dicta scrutaris, quâ  
ad euangelij fluentia potanda accedas. Sed sicut vides,  
quod omnis edificatio fundamento carens, stabilis esse non po-  
test, sic est etiam in doctrina. Fundamentum autem et principium  
doctrine sacre historia est, de qua quasi mel de fauo  
veritas allegoria exprimitur. Edificaturus ergo, primum  
fundamentum historię pone, deinde per significationem typi-  
cam, in arcem fidei fabricam mentis erige, ad extremum er-  
go per mortalitatis gratiam, quasi pulcherrimo supducto co-  
lore edificium pingere. Habet in historia, quo dei facta mi-  
seris, in allegoria, quo eius sacramenta credas, immoralitas  
te quo perfectionem ipsius imiteris. Lege ergo et disce, quia  
in principio fecit deus celum et terram. Lege, quia in prin-  
cipio plantauit paradisum voluptatis, in quo posuit hinc  
quem formauerat, peccantem expulit, et in erumnas huius  
seculi deiecit. Lege, qualiter ab uno homine universa humani-

generis propagō descenderit: qualiter deinde peccantes  
vnda diluvij obruit: qualiter noe iustum cum filijs suis, in  
medijs aquis diuina clementia seruavit: qualiter deinde  
abraham fidei signaculū suscepit. post vero israel in egyptum  
descendit: quomō deinde deus filios israel de egypto, in manu moysi et aaron, per mare rubrum edurit, in de-  
serto pavit, legem dedit, in terra promissionis locauit, et  
cetera multa que fecit. Ad extremum vero, nutante iam seculo,  
filium in carnem misit, vitam eternam p̄mittentibus, mis-  
sis in mundum vniuersum apostolis promisit: venturum se  
in fine seculorum ad iudicium predixit, reddere vnicuique se-  
cundum opera sua, peccatoribus scilicet ignem eternum,  
iustis autem vitam eternam, et regnum cuius non erit finis.  
Vide quia ex quo mundus cepit, usque ad finem seculorum,  
non deficiunt miserationes dei.

**D**e allegoria .iiij.

**D**ost lectionem historig superest allegoriarum myste-  
ria inuestigare, ut mea exhortatione opus esse non  
puto, cum ipsa res satis per se digna appareat. Nos-  
se tamen te volo, o lector, hoc studium non tardos et hebe-  
tes sensus, sed matura ingenia expetere, que sic inuestiga-  
do subtilitatem teneant, ut in discernendo prudentiam no-  
amittant. Solidus est cibus iste, et nisi masticetur, transglu-  
tiri non potest. Tali ergo te moderamine uti oportet, ut  
dum inquirendo subtilis fueris, in presumendo temerarius  
non inveniaris, recolens quod ait psalmista: Arcum suum  
tetendit, et paravit illum, et in eo paravit vasa mortis. De-  
ministi, ut estimo, supra, me diuinam scripturam edificio su-  
milem dixisse, ut primum fundamento posito, structura in  
altum leuat, plane edificio sumalem, nam et ipsa structu-  
ram habet. Non ergo pigeat, si hanc similitudinem paulo  
diligenterius prosequamur, respice opus cementarij: Collo-  
cato fundamento, linea extendit in directū, perpendicularū

demittit, ac deinde lapides diligenter politos in ordinem ponit, alios atque alios deinde querit, et si forte aliquos primae dispositioni non respondentes inuenierit, accipit limam, prementia praecedit, aspera planat, et informia ad formam reducit, sicque demum reliquis in ordinem dispositis adiungit. Si vero aliquos tales inuenierit, qui nec comminui valent, nec congrue coaptari, eos non assumit: ne forte dum silicem frangere laborat, limam frangat. Intende, rem tibi proposui intuentibus contemptibilem, sed intelligentib[us] imitatione dignam. **Fundamentū in terra est**, nec semper poli-  
tos habet lapides. **Fabrica desuper terrā**, et equalem querit structurā. **Sic diuina pagina**, multa secundū naturale sensum continet, que et sibi repugnare videntur, et nonnunquam absurditatis aut impossibilitatis aliquid afferre. **Spūalis** aut intelligentia, nullam amittit repugnantiam, in qua diuer-  
sa multa, aduersa nulla esse possunt. **C**um etiam primā seriē lapidū, sup fundamentū collocādoꝝ, ad protēas linea disponi uides, quibus scilicet totū opus reliquū immicet et coaptat, significacione nō caret. **N**am, hoc quasi aliud quoddam fundamen-  
tum est, et totius fabricę basis. **H**oc fundamento et portat superposita, et a priori fundamento portatur. **P**riō fū-  
damēto misiderēt oīa, sed nō omni modo coaptantur. **H**uic in-  
sidunt et coaptant reliqua. **P**rimū fabricam portat, et est sub fabrica. **H**oc portat fabricam, et non est solum sub fa-  
brica, sed in fabrica. **Q**uod sub terra est, fundamento fir-  
mū diximus, historiam fabricaz, que superedificatur al-  
legoriam insinuare. **V**nde et ipsa basis fabricę huius, ad al-  
legoriam pertinere debet. **M**ultis ordinib[us] consurgit fa-  
brica, et quisquis suam basim habet, et multa sacramenta  
in diuina pagina continentur, que singula sua habent prin-  
cipia. **V**is scire qui sunt ordines isti. **P**rimus ordo est; sa-  
cramentum trinitatis: quia et hec scripture continet, quod ante omnem creaturam trinus et unus fuerit deus. **H**ic de-

d. i.

nichilo omnem fecit creaturam, visibilem, scilicet et inuisibilem. **Ecce secundus ordo.** Rōnali creature liberū dedit arbitrium, et gratiam preparauit, ut mereri posset eternam beatitudinem: deinde sponte labentes pumuit, et persistentes, ut amplius labi non possint, affirmavit. **Huc origo peccati, et quid sit peccatum, et quod sit pena peccati,** **Ecce tertius ordo.** **Huc sacramenta, primum sub naturali legge ad reparationem humani generis instituerit,** **Ecce quartus ordo.** **Huc scripta sub lege,** **Ecce quintus ordo.** **Sacramentum incarnationis verbi,** **Ecce sextus ordo.** **Sacramēta novi testamenti,** **Ecce septimus ordo.** Ipsiis demqz resurrectiois, **Ecce octauus ordo.** Hec ē tota dītas, hec est illa sp̄italis fabrica, que quot continet sacramēta, tot quasi ordinibz cōstructa in alcum extollitur. Vis etiam ipas bases agnoscere. **Bases ordinum, p̄incipia sunt sacramentorū.** Ecce ad lectiōnem remisi, spiritale fabricaturus q̄dificium. Jam historiqe fundamenta in te locata sunt, restat nunc tibi ipsius fabrice bases fundare. Linū tendis, pomis examus, quadros in ordinem collocas, et circumgirans quedaz futuroz murorum vestigia figis. **Linea protensa, recte fidei trames est,** Iple spiritualis operis bases, quedam fidei sacramenta sūt, quibus iniāris. Debet siquidem prudens lector curare, ut ante q̄ spacio librorum volumina prosequatur, sic de singulis, que magis ad propositum suum, et p̄fessionem, vere fidei pertinent, instructus sit, ut quocunqz postmodū muenerit, tuto superedificare possit. **Vix enim in tanto librorum pelago,** et multiplicibus sententiarum anfractibus, que et numero et obscuritate amīnum legentis aliquid vñū colligere poterit, qui prius summātum in uno quoqz, ut ita dicam, genere, aliquod certum p̄incipium firma fide sub mīrum, ad quod cuncta referant, non agnouit. **Vis ut doceam te, qualiter fieri debeat bases iste.** Respice ad ea, que pauloante tibi enuīeraui. **Est sacramētu trimatis, multi**

iam de illo libri facti sunt, multe datur sententiae, difficiles ad intelligendum, et perplexae ad soluendum. Longum tibi et onerosum est, adhuc omnes prosequi, cum multa fortassis inuenias, in quibus magis turberis, quam edificeris. Noli instare, sic nunquam ad finem venies. Disce prius breviter et dilucide, quid tenendum sit de fide trinitatis, quid sane profiteri, et veraciter credere debeas. Cum autem postea legere ceperis libros, et multa obscure, et multa aperte, multa ambigue scripta inuenieris, adiunge basi sue que aperita inuenis, si forte conueniant, que ambigua sunt, ita interpretare, ut non discordent, que vero sunt obscura, rese ra si potes. Quod si, ad intellectum eorum penetrare non vales, transi, ne dum presumere conaris, quod non sufficis, periculum erroris incurras. Noli ea contemnere, sed potius venerare: quia audisti quod scriptum est: Posuit tenebras latibulum suum. Quod si, etiam aliquid inuenieris contrarium illi, quod tu iam firmissima fide tenendum esse didicisti, non tamen expedit tibi, quotidie mutare sententiam: nisi prius doctores te consulueris, et maxime, quid fides universalis, que nunquam falsa esse potest, inde iubeat sentiri, agnoueris. Sic de sacramento altaris, sic de sacramento baptismatis, confirmationis, comulgationis, et omnibus que tibi enumerata sunt super facere debes. Vides multos scripturas legentes: quia fundamentum veritatis non habent, in errores varios labi, et totiens fere mutare sententias, quot legerint lectiones. Rursum, alios vides, qui secundum illam veritatis agnitionem, qua intus firmati sunt, quasi libet scripturas ad congruas interpretationes flectere nouerunt, et quid a sana fide discordet, aut quid conueniat, iudicare. In ezechiele legis, quae rotæ animalia sequuntur, non animalia rotas. Cum ambularent, inquit, animalia, ambulabant pariter, et rotæ iuxta ea. Et cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul et rotæ. Sanctorum quippe

mentes, quantum virtutibus vel scientia proficiunt, tantum  
 sanctarum scripturarum archana profunda esse conspici-  
 unt, ut qui simplicibus et adhuc stantibus in terra, iacere  
 videbantur, erectis sublimes appareant. Nam sequitur. Quo-  
 cunqz ibat spiritus, illuc evante spiritu, et rotę pariter leua-  
 bantur, sequentes eum: Spiritus enim vite erat in rotis.  
 Vides, quia rotę hęc animalia sequuntur, et sequuntur spiri-  
 tum Rursum, alibi dicitur: Littera occidit, spiritus autem vi-  
 uificat: quia immirum oportet diuinum lectorem spiritua-  
 lis intelligentię veritate esse solidatum, ut eum litterarū  
 apices, quę et peruersę non unqz intelligi possunt, ad que-  
 libet diuerticula non inclinet. Quare antiquus ille populus,  
 qui legem vite acceperat, reprobatus est, nisi quia sic so-  
 lam litteram occidentem sequitus est, ut spiritum viuifican-  
 tem non haberet. Nec vero non ideo, ut quibuslibet ad vo-  
 luntatem suam interpretandi scripturas, occasionem prebe-  
 am: sed ut ostendam, eum, qui solam sequitur litteraz, diu  
 sine errore non posse incedere. Oportet ergo, ut et sic se-  
 quamur litteram, ne nostrum sensum diuiniis auctoribz pre-  
 feramus: et sic non sequamur, ut in ea non totum veritatis  
 iudicium pendere credamus. Non litteratus, sed spiritu-  
 alis omnia dijudicat. Ut ergo secure possis iudicare litte-  
 ram, non de tuo sensu presumere, sed erudiri prius, et infor-  
 mari oportet, et quasi quandam inconcusse veritatis ba-  
 sim, cui tota fabrica immitatur, fundare. Neqz a teipso erudi-  
 ri presumas, ne forte dum te introducere putas, magis se-  
 ducas, a doctoribus et sapiētibus/ hęc introductio quæren-  
 da est, qui et auctoritatibus sanctorum patrum, et testimo-  
 nis scripturarum, eam tibi prout opus est, et facere et aperi-  
 re possint. Cunqz iam introductus fueris testimonijs scrip-  
 turarum, legendo singula que docuerint, confirmare. Sic mi-  
 chi videtur, cui me in hoc imitari placuerit, libens accipio:  
 cum visum fuerit, non ita oportere fieri, faciat qd placuerit,

non contendam. Scio enim plures hunc morem in discendo non seruare. Sed quomodo quidam proficiant, rursus non ignoror. Si queris, qui libri magis ad hanc lectionem valent: ego puto, principium genesis, de operibus sex dierum, tres ultimos libros mosis, de legalibus sacramentis: psalmam, principium et finem ezechielis, job, psalterium, cantica canitorum, duo precipue euangilia, scilicet mathei et iohannis, epistolas pauli, canonicas epistolas, et apocalypsim: precipue tamen epistolas pauli, que etiam ipso numero designant, ut triusque testamenti perfectionem se continere.

### De tropologia et moralitate .v.

**T**e tropologia, nihil aliud in presenti dicam, quod quod supra dictum est: excepto, quod ad eam magis rerum, quod vocum significatio pertinere videtur. In illa enim naturalis iusticia est, ex qua disciplina morum nostrorum, id est, positiva iusticia nascitur. Contemplando quid fecerit deus, quid nobis faciendum sit agnoscimus. Omnis natura deum loquitur. Omnis natura homo docet. Omnis natura rationem parit, et nihil in universitate infecundum est.

### De ordine librorum .vi.

**N**on idem ordo librorum in historica, et allegorica lectione seruandus est. Historia ordinem temporis sequitur, ad allegoriam magis pertinet ordo cogitationis: quia, sicut supra dictum est, doctrina semper non ab obscuris, sed apertis, et ab his quae magis nota sunt, exordium sumere debet. Unde consequens est, ut nouum testamentum, in quo manifesta predicatur veritas, in hac lectione veteri opponat, ubi eadem veritas figuris adumbrata

occulte prænuntiatur. **C**adē utrobiq; veritas, sed ibi occulta, hic manifesta, ibi promissa, hic exhibita. **A**udisti, cum legere fūt apocalypsi, qd signatus ē liber, et nemo iuueniri poterat, qui solueret signacula ei<sup>z</sup>, nisi leo de tribu iuda. **S**ignata erat lex, signatę erant prophecie, quia occulte tempora redemptiois venturę prænuntiabantur. **N**onne tibi ille liber signatus fuisse videtur, qui dixit, ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius emmanuel. **E**t alius. **T**u, inquit, Bethleem effrata parvulus es, in milibus iuda, ex te michi egredietur, qui sit dominator in iherusalem: egressus eius ab initio, a diebus etermitatis. **E**t psalmista: **N**unquid sion dicet homo, et homo natus est in ea, et ipse fundavit eam altissimus. **E**t rursum: **D**omini, domini, inquit, exiit us mortis. **E**t iterum: **D**ixit dominus dominino meo, sed e dea dextris meis. **E**t post pauca: **T**ecum principium in die virtutis tuę, in .s.s.e.u.a.l.g.t. **E**t damel: **A**spiciebam in visione noctis, et ecce cum nubibus celis, quasi filius hominis veniebat, et usque ad antiquum dirum peruenit, et dedit ei potestatem, et honorem, et regnum: et omnes populi, tribus, et linguis, ipsi seruent: potestas eius potestas eterna, que non auferetur. **A**vis putas hec antequam completerentur, intelligere poterat. **S**ignata erant, et nemo poterat soluere signacula, nisi leo de tribu iuda. **V**enit ergo filius dei, et induit naturam nostram, natus est de virginē, crucifixus, sepultus, resurrexit, ascensit ad celos, et implendo que promissa erant, aperuit que latebant. **L**egeo in euangelio, quod angelus gabriel ad matrem virginem mittitur, paritaram prænuntiat. **R**ecordor prophetę, que dicit: ecce virgo concipiet. **L**egeo, quia cum esset ioseph in Bethleem, cum maria uxore sua pregnanti, venit tempus eius pariendi, et peperit filium suum primogenitum, quem angelus predixerat, regnaturū i throno dō.

patris sui. Recordor prophetie, Bethleem effrata, puerulus es, in milibus iuda, ex te michi egredietur, qui sit dominator in israel. **L**ege rursum: In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum. Recordabor prophetie que dicit: Egressus eius ab initio, a diebus eternitatis. **L**ege, verbum caro factum est, et habitabit in nobis. Recordor prophetie, que dicit: Vocabis nomen eius emmanuel, id est, vobiscum deus. Et ne forte singula prosequendo, fastidium tibi faciam, nisi prius nativitatem christi, predicationem, passionem, resurrectionem atque ascensionem, et cetera, que in carne per carnem gessit, agnoueris, veterum figurarum mysteria penetrare non valebis.

### **V** De ordine narrationis . viij.

**D**e ordine narrationis, illud maxime hoc loco considerandum est, quod diuine page textus, nec naturalem semper, nec continuum loquendi ordinem seruat; quia et sepe posteriora prioribus anteponit, sicut cum aliqua enumerauerit, subito ad superiora, quasi subsequentia narrationis sermo recurrit. Sepe etiam ea que longo distant interhallo, quasi mox sibi succendentia, connectat, ut videantur nullum disiunisse temporis spacium, illa que discerit ullum interuum sermonis.

### **V** De ordine expositionis . viiij.

**E**xpositio tria continet, litteram, sensum, sententiam. In omni narrationi, littera est, Nam, ipse voce etiam litterae sunt. Sed sensus, et sententia, non in omni narratione simul mueniuntur. Quaedam habet litteram, et sensum tantum. Quaedam habet litteram et

et sententiam tantum. **H**ucdam omnia hec tria simul continent. Omnis autem narratio ad minus duo habere debet. **I**lla narratio, litteram et sensum tantum habet, ubi per ipsam prolationem sic aperte aliquid significatur, ut nichil aliud relinquitur subintelligendum. **I**lla vero, litteram et sententiam tantum habet, ubi ex sola pronuntiatione nichil concipere potest auditor, nisi addatur expositio. **I**lla, sensum et sententiam habet, ubi aperte aliquid significatur, et aliquid aliud subintelligendum relinquitur, quod expositione non aperitur.

**D**e littera. **ix.**  
**L**ittera, aliquando perfecta est, quando ad significandum id quod dicitur nihil praeterea que posita sunt vel addere vel minuere oportet. Ut omnis sapientia a domino deo est. **A**liquando immuta, quando subaudiendum aliquid relinquitur: ut semper electe domine. **A**liquando superflua, quando vel propter inculcationem, vel longam interpositionem, idem repetitur, vel aliud non necessarium adiungitur. ut paulus in fine epistole ad romanos dicit: Si autem, et postea multis interpositis, infert: cui est honor et gloria. Aliud hic superfluum esse videtur. superfluum dico, id est, non necessarium ad enuntiationem faciendo. **A**liquando talis est littera, ut nisi in aliam resoluatur, nichil significare, vel incongrua esse videatur. ut est illud: Dominus in celo sedes eius, id est, sedes domini in celo: et filii hominum dentes eorum arma et sagitte, id est, filiorum hominum dentes: et homo sicut fenum dies eius, id est, dies hominis. Nominatiuus scilicet nominis, et genitiuus pronomis, pro uno genitivo nominis positi: et multa alia similiter. **N**on litteram, constructio, et continuatio pertinet.

**S**ensus ali⁹, congru⁹, ali⁹, incongru⁹. **I**ncongru⁹, ali⁹ incredibil⁹, ali⁹ impossibil⁹, ali⁹ absurd⁹, ali⁹ falsus.

**M**ulta huiusmodi inuenies in scripturis, ut illud: **C**ome-  
runt jacob: et illud: sub quo curvantur hi qui portant or-  
bem. **E**t illud: elegit suspendū anima mea: et multa alia.  
**S**unt loca quedam in diuina scriptura, ubi licet aperta sit  
verborum significatio, nullū tamen sensus esse videtur, vel  
propter inusitatū modū loquendi: sive propter aliquam  
circūstantiam, que legentis intelligentiam impedit. **V**t est,  
verbi gratia, illud quod dicit Isaias: **A**pprehendent septem  
mulieres virum vnum in illa die, dicentes, panem nostrum  
comedemus, et vestimentis nostris operiemur, tantummo-  
do inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium no-  
strum. **P**lana sunt et aperta verba. **I**ntelligis satis: appre-  
hendent septem mulieres virum vnum: intelligis, panem  
nostrum comedemus: intelligis, vestimentis nostris operie-  
mur: intelligis, tantummodo inuocetur nomen tuum super  
nos: intelligis, aufer opprobrium nostrum. **S**ed fortasse, qd  
hoc totum simul significare velit, intelligere non potes.  
**R**uīd dicere voluerit propheta, bonum promiserit, an ma-  
lum minatus fuerit ignoras. **V**nde euenit, ut spiritualiter  
tantum intelligendum credas: quod qualiter ad litteram  
dictum sit, non vides. **D**ices, igitur, septem mulieres, sep-  
tem esse dona spiritus sancti, que vnum virum appreben-  
dent, id est, christum, in quo omnem plenitudinem gratię  
placuit inabitare: quia ipse solus sine mensura spiritum  
sanctum accepit. **A**ui solus earum opprobrium auferit, ut  
inueniant in quo requiescant, nullo alio viuente, ut spiritus  
sancti dona poscebant. **E**cce spiritualiter interpretat⁹ es,  
et quid sit dicere ad litteram, non intelligis. **P**otuit tamē  
propheta per hęc verba etiam ad litterā aliquid significa-  
re. **A**uia em supra, de intentione populi preuaricatoris lo-  
cūtus fuerat, subiungit nūc, tantam in eodē p̄plo cladem fu-  
turā, v̄tusqz adeo viroꝝ gen⁹ delēdū, vt vix septē mulieres  
virum vnum inueniant, cum modo vna vnu habere soleat.

Et cum mulieres nunc a viris rogari soleant, tunc econuer-  
so more, mulieres viros rogabunt. Et ne forte, unus vir sep-  
tem mulieres ducere simul formidaret, cum vnde eas pa-  
sceret et uestiret non haberet, dicunt ei, panem nostrum  
comedemus, et uestimentis nostris operiemur, non te oportet de nobis esse sollicitum, tantummodo inuocetur nomen  
tuum super nos, ut dicaris vir noster et sis, ne repudiare  
dicamur, et steriles, et sine semine moriamur: quod eo tem-  
pori magnum opprobrium fuit. Et hoc est quod dicunt, au-  
fer opprobrium nostrum. Multa huiusmodi inuenis in scrip-  
turis, et maxime in veteri testamento, secundum idiomam il-  
lius lingue dicta, que cum ibi aperte sint, nichil apud nos  
significare videntur.

**D**e sententia .xi.

**S**ententia diuina, nunquam absurdum, numquā falsa  
esse potest: sed cum in sensu, ut dictum est, multa in-  
veniantur contraria, sententia nullaz admittit repug-  
nantiam, semper congrua, est semper vera. Aliquando un-  
us enuntiationis una est sententia, aliquando unus enun-  
tiationis plures sententiae, aliquando plurimum enuntiationū  
una est sententia, aliquando plurimum enuntiationum plures  
sententiae. Cum igitur diuinos libros legimus, in tanta mul-  
titudine veterum intellectuum, qui de paucis eruunt ver-  
bis, et sanitate catholice fidei munimuntur, id potissimum  
eligamus, quod certum apparuerit eum sensisse quem legi-  
mus. Si autem hoc latet, id certe quod circumstantia scriptu-  
re non impedit, et cum sana fide concordat. Si autem et  
scripture circumstantia pertractari ac discuti non potest,  
saltem id solum, quod fides sana prescribit. Aliud est enim  
quid potissimum scriptor senserit, non dimoscere, aliud a regula  
pietatis errare. Si vero quod vite, perfecte se habet fructus legētis.

**S**i vero verunq; vitari non potest, et si volūtas scriptoris  
victa sit, sanguine fidei congruam, non utile est, eruuisse sententiā.

**I**tem, in rebus obscuris, atq; a nris oculis remotissimis, si  
qua inde scripta, etiam diuina legimus, que possint, salua si-  
de, alijs atq; alijs parere sententijs, in nullam earum nos p-  
cipiti affirmatione ita proiciam?, vt si forte diligentius dis-  
cussa veritas eam labefactauerit, corruamus, non pro sen-  
tentia diuinarum scripturarum, sed pro nostra ita dimicā-  
tes, vt eam velimus scripturarum esse, que nostra est, cum  
potius eam que scripturarum est, nostram nosse debeam?,

*Acta sind uerba augustinii frag-  
mentorum ad hanc*

### **D**e modo legendi .xi.

**O**odus legendi, in diuidendo constat. **D**ivisio fit, et  
partione, et inuestigatione. **P**artiendo diuidimus,  
quando ea que confusa sunt, distinguimus. **I**nue-  
stigando diuidim?, quando ea que occulta sunt, reseram?

### **D**e meditatione pretermittendum .xii.

**E**cce iam ea, que ad lectionem pertinent, quanto lu-  
cidius et compendiosius potuimus, explicata sunt.  
**D**e reliqua vero parte doctrinæ, id est, meditatio-  
ne, aliquid in presenti dicere omitto: quia res tanta spe-  
ciali tractatu indiget: et dignum magis est omnino silere  
in huiusmodi, qd aliquid imperfecte dicere. **R**es enim val-  
de subtilis est, et simul iocunda: que et incipientes erudit,  
et exercet consummatos, iuxpto adhuc stilo, ideoq; am-  
plius prosequenda. **R**ogemus ergo nunc sapientiam, vt ra-  
diare dignetur in cordibus nostris, et illuminare nobis in se-  
mitis suis, vt introducat nos ad puram et sine animalibus  
cenam.

### **D**ivisio philosophie continentium .xiii.

**C**aria sunt, sapientia, virtus, necessitas. **S**apientia ē  
comprehensio rerum prout sunt. **V**irtus est habi-  
tus animi in modum naturæ rationi consentaneus.  
**N**ecessitas, est sine qd vivere nō possum?, s; felicit? viuemus.

**N**ecessitas, sine qua vivere non possumus, sed felicitas vivemus.  
**H**ec tria remedia sunt, contra mala tria, quibus subiecta  
est vita humana. Sapientia contra ignorantiam, virtus con-  
tra viceum, necessitas contra infirmitatem. Propter ista tria ma-  
la extirpanda, quae sita sunt ista tria remedia, et propter hec tria  
remedia iuuenienda, iuuenta est omnis ars et omnis disciplina.  
Propter sapientiam, iuuenta est theorica: propter virtutem,  
iuuenta est practica: propter necessitatem, iuuenta est me-  
chanica. Iste tres usu primi fuerunt, sed postea propter  
eloquentiam, iuuenta est logica. **R**ue cum sit iuentione ul-  
tima, prima tamen esse debet in doctrina. Quatuor igitur  
sunt principales scientie, a quibus omnes aliq[ue] descendunt.  
**T**heorica, practica, mechanica, logica. **T**heorica diuiditur  
in theologiam, physicam, mathematicam. **T**heologia tra-  
ctat de inuisibilibus substantijs, **P**hysica de inuisibilibus  
visibilium causis, **M**athematica de inuisibilibus visibilium  
formis. Et hec mathematica diuidit in quatuor scientias,  
**P**rima est arithmeticus, que tractat de numero, id est, de  
quantitate discreta per se. **S**ecunda est musica, que tractat  
de proportione, id est, de quantitate discreta ad aliquid.  
**T**ercia est geometria, que tractat de spacio, id est, quanti-  
tate continua immobili. **Q**uarta est astronomia, que tra-  
ctat de motu, id est, de quantitate continua mobili. Ele-  
mentum arithmeticus est unitas: elementum musicus est unisonus:  
elementum geometricus est punctum, elementum astronomicus est instans.  
**P**ractica diuidit in solitariam, priuatam, publicam. **S**olitaria do-  
ceat, quomodo unusquisque propriam vitam honestis moribus  
instituat, virtutibus exornet. **P**riuata doceat, quo regendi sunt  
familiares, et quod per carnis affectum sunt affines. **P**ublica doceat,  
qualiter populus totus, et gens a suis rectoribus, gubernari de-  
beat. **S**olitaria pertinet ad singulos, priuata ad patres fa-  
milias, publica ad rectores ciuitatum. **M**echanica tra-  
ctat, de operibus humanis, et hec diuiditur in septem.

Prima est lansitum, secunda armatura, tercia uanigatio,  
quarta agricultura, quinta venatio, sexta medicina, septima  
theatrica. **L**ogica diuidit in gramaticā, et in rationem dis-  
serēdi. **R**atio differendit in probabilem, et necessariam,  
et sophisticā. **P**robabilis diuidit in dialeticā, et rethoricā.  
**N**ecessaria pertinet ad philosophos, sophistica ad sophis-  
tas. In his quatuor partibus philosophie, talis ordo in do-  
ctrina seruari debet, ut prima ponatur logica, secunda ethi-  
ca, tercua theorica, quarta mechanica. **P**rimum emin com-  
paranda est eloquentia, deinde, ut ait Socrates in ethica, p-  
studium virtutis oculus cordis mundandus est, ut deinde  
in theorica, ad investigationem veritatis perspicax esse pos-  
sit. **N**ouissime mechanica sequitur, que per se omnimodo  
mefficax est, nisi ratione precedentium fulciatur.

**D**e magica, et partibus eius .xv.

**M**agice repertor primus, creditur zoroastres rex ba-  
ctriano rum, quem nonnulli asserunt, ipsum esse cham  
filium noe, sed nomine mutato. Hunc postea **M**in  
rex assyriorum bello victum interfecit, eiusque codices artibus  
maleficorum plenos, igne cremari fecit. **S**cribit autem Ari-  
stotiles de hoc ipso, quod usque ad viginti duo centum milia  
versuum eius, de arte magica, ab ipso dictatos: libri ei-  
usque ad posteritatis memoriam traduxerunt. **H**anc artē post-  
ea democrites ampliavit, tempore quo ipocras in arte me-  
dicinę insignis habebatur. **M**agica in philosophiam non  
recipitur, sed est extrinsecus falsa professione, omnis inqui-  
tatis et malicie magistra, de vero mentiens, et veraciter le-  
dens animos, seducit a religione diuina, culturā dēmonum  
suadet, morum corruptionem ingerit, et ad omne scelus ac  
nephias mentes sequatium impellit. **H**ec generaliter accep-  
ta, quinq[ue] complectitur genera maleficorum: **O**anticen,  
quod sonat diuinatio: et mathematicam vanam, sortilegia,  
maleficia pestigia. **O**autice autem quinq[ue] continet species

subse. **P**rimam micromantia, quod interpretatur diuinatio  
in mortuis: **N**icros emm grēce, mortuus latine, vnde diu-  
niatio que sit p sacrificium sanguinis humānū, quem demo-  
nes sitiunt, et in eo delectantur effuso. **S**ecunda ē geomā-  
tia, id est diuinatio in terra. **T**ercia pyromantia, id est, di-  
uinatio in aqua. **Q**uarta est aerimantia. i. diuinatio in aere.  
**Q**uinta est diuinatio in igne, que dicitur pyromantia. **V**a-  
rro em̄ quatuor dixit esse, in quibus diuinatio constaret, ter-  
ram, aquam, aerem, ignem. **P**rima ergo, id est micromantia,  
ad infernum videtur pertinere, secunda ad terram, tercia  
ad aquam, quarta ad aerem, quinta ad ignem. **M**athema-  
tica diuiditur in tres species, in aruspiciam, in augurium,  
in oroscopicam. **A**ruspices sunt dicti, quasi oruspices, id ē,  
horarum inspectores, qui obseruant tempora in rebus agē-  
dis. vel aruspices, quasi aras inspicientes, qui in extis et fu-  
bris sacrificiorū suorū considerant. **A**ugurium, vel auspiciū,  
aliqñ ad oculum pertinet, et dicitur auspiciū, quasi au-  
spicium, quia in motu et volatu avium attenditur: aliquan-  
do ad aures pertinet, et tunc dicitur augurium, quasi gar-  
ritus avium, quia aure percipitur. **H**oroscopia, que etiam  
constellatio dicitur, est quādo in stellis facta hominū que-  
runtur, sicut genethliaci faciunt, qui nativitates obseruat,  
qui olim specialiter magi nuncupabant, de quibus in euā-  
gelio legimus. **S**ortilegi sunt, qui sortibus diuinationes q-  
runt. **M**alefici sunt, qui per incantationes demomiacas, lv-  
ue ligaturas, vel alia quæcunq; execrabilia remediorū ge-  
nera, cooperatione demorum atq; instinctu, nefanda perfu-  
ciunt. **P**restigia sunt, quando per fantasticas illusiones, cir-  
ca rerum immutationem, sensibus humanis, arte demonica  
illuditur. **S**unt ergo omnes simul undecim. **S**ub manticę  
quīqz. i. micromantia, geomantia, idromantia, aerimantia, pyro-  
mantia. **S**ub mathematica tres, i. aruspicina, auspiciū, horo-  
scopicā. **P**ostea tres talie. i. sortilegiū, maleficiū, prestigiū,

Prestigia mercurius de primus inuenisse. Auguria friges invenerunt. Nurus picinam, thages primus extruscus tradidit, pyromantia primum a persis venit.

**I**ncepit liber septimus. De tribus diebus, pro ea que in meditatione constat speculatio rerum, et post lectionem secunda .1.

**A**erbum bonum, et vita sapiens, que mun-  
dum facit, contemplato mundo, conspicitur. Et verbum ipm videri non potuit,  
et fecit quod videri potuit, et visum est  
p id qd fecit. Invisibilia em ipi, a crea-  
tura mundi p ea que facta sunt, intelle-  
cta cōspiciunt. Tria sunt invisibilia dī,  
potentia, sapientia, benignitas. Ab his tribus procedunt  
omnia, in his tribus consistunt omnia, et p hēc tria regūtur oīa.  
Potētia creat, sapiētia gubernat, benignitas conseruat.  
Hug tñ tria, sicut i deo ineffabiliter vnu sūt, ita in opacōe  
ōino separari non possunt. Potentia p benignitatē sapiēter  
creat, Sapiētia p potentia benignē gubernat, Benignitas  
p sapientia potenter conseruat. Potentiā manifestat creatu-  
rarum imensitas, sapientia decor, benignitatē utilitas. Im-  
mensitas creaturarū, in multitudine et magnitudine, Mul-  
titudo in similibus, in diuersis, in permixtis. Magnitudo  
in mole et spacio, Moles in massa et pondere. Spacium  
est in longo, et lato, et profundo, et alto. Decor creatura-  
rum est, in situ, et motu, et specie, et qualitate. Situs est in  
compositione, et ordine. Ordo est in loco, et tempore, et  
proprietate. Motus est quadripertitus, localis, natura-  
lis, animalis, rationalis. Localis est, ante et retro, dextro-  
sum et sinistrosum, sursum et deorsum, et circum. Natura-  
lis est, incremento, et detimento. Animalis est, in sensi-  
bus, et appetitibus. Rationalis est, in factis et consilijs.

**S**pecies, est forma visibilis, que oculo discernitur, sicut colores, et figure corporum. **Qualitas**, est proprietas interior, q̄ ceteris sensibus percipitur, ut melos i sono auditu aurium, dulcor in sapore gustu faucium, fragrantia in odore, olfactu narū, lemitas in corpe tactu manū. **Utilitas** creaturarum, cōstat in grato, et apto, et cōmodo, et necessario. **Gratum** est q̄ placet, aptum quod conuenit, commodum quod prodest, necessarium sine quo/ quid esse non potest. Nunc apositas partitōes a principio repetamus, et in uno quoq; divisionis genere, qualiter, vel ex uniuscūtate creaturarū, creatoris manifestetur potētia, vel ex de ore sapientia, vel ex utilitate benignitas, p̄quiramus. Et quia immensitas prima fuit i imptione, prima esse debet in prosequōne.

*T de primo principali quod dicitur  
ad posteriora*

**D**iligenter igitur audite, et considerate que dictur<sup>2</sup> sum. **N**ū nihil erat, facere ut aliquid esset, qualis potentia erat? **Q**uis sensus potest comprehendere, que virtus sit, de nihilo/ etiam vnum aliquid facere, quāvis ergaum.

**S**i ergo, vnum aliquid quālibet parvū, de nihilo facere, tanta potentia est, vt apprehendi non possit, quāta existimāda est potētia, tam multa facere. q̄ multa sunt. **N**umeras stellas celi, arenam maris, puluerem, pluvie guttas, pēnas volucrum, squamas piscium, pilos animalium, gramina camporum, folia siue fructū arborum, et ceterorum innumerabilium, innumerabilia numera. Innumerabilia i similibus, innumerabilia in diuersis, innumerabilia in permixtis. **Q**ue sunt similia? **Q**ue sub eodem genere continentur, ut homo vñus, et alter, leo vñus, et alter, aquila, et altera, horoscopa vna, et altera: hec singula et cetera talia, in suis generibus similia sunt. **Q**ue sunt diuersa? **Q**ue dissimilibus differentijs informantur, vi homo et leo. **L**eo et

aquila, aquila et honoris copa, hec in uicem diuersa sunt.  
que sunt permixta; omnia simul considerata. Quo ergo in similibus infinita: quo in diuersis infinita: quo in permixtis infinita: audi. Homo unum genus est, sed unus homo non est. Quis eos numerare potest? Leo unum genus est, sed unus leo non est. Quis eos numerare potest? Aquila unum genus est, sed aquila una non est. quis eas numerare potest? et ita in ceteris innumerabilibus, innumerabili rerum generibus. Infinita rex genera, et in singulis generibus infinita similia. Similiter vero omnia, infinita innumerabilia.

### **D**e magnitudine .iii.

**S**ed fortassis, qui tot fecit, pia fecit, multa simul et magna, facere non potuit: quanta tamen? Ocitire montes montium, tractus fluminum, spacia camporum, altitudinem celi, profunditatem abyssi. Miraris quod deficitis, sed melius deficiendo miraris. Meditatis de creaturaz imensitate, quasi seminariu quodam iecimus: nunc ad contemplandam earum pulchritudinem transeamus.

### **D**e pulchritudine .v.

**Q**uamuis multis ac varijs modis, creaturaz pulchritudo perfecta sit, quatuor tamen principia sunt, in quibus earundem decor consistit. Hoc enim situ, in motu, in specie, in qualitate. Quae quidem si quis investigare sufficeret, mirabile in eis sapientie dei lucem inueniret. Et hoc videntur ego, tam possem subtiliter propicere, tam opertenter enarrare, quod possum abundant diligere. Delectat enim me, quod valde dulce et iocundum est, de his rebus frequenter agere, ubi simul et ratione eruditur sensus, et suavitate delectat animus, et emulatio excitat affectus: ita, ut cum psalmista stupemus, et admirantes clamemus: Quoniam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti: Delectasti me in factura tua, et in opibus manuum tuarum exultabo. Quoniam magnificata sunt opera tua domine, misericordia profunda factae sunt cogitationes tue. Vir insipiens non cognoscet,

T de 2° principali quod prima  
ad sapientiam

et stultus non intelliget huc. **V**niversus enim mundus iste sensibilis, qui quidam liber scriptus dico dei, hoc est, ut te dominus creatus, et singula creature, quasi figure quaedam sunt, non humano placito inuenire, sed divino arbitrio institutae ad manifestandam inuisibilium dei sapientiam. **Q**uoniam admodum autem si illiteratus quis aptum librum videat, figuram aspicit, ita non cognoscit: ita stultus et animalis homo, qui non percipit ea quae deus sunt in inuisibilibus in istis creaturis foris videt spiritum, sed non intelligit rationem. **Q**ui autem spiritualis est, et omnia iudicare potest, in eo quod est foris considerat pulchritudinem opis, intus accipit, quod miranda sit sapientia creatoris. **E**t ideo nemo est, cui opera dei miracula non sunt, dum insipiens, in eis sola miratur spiritum, sapiens autem per id quod est foris videt profundam rimatur divinam sapientiam cogitatorem: velut, si in una eademque scriptura, alter colore seu formatore, figura amendetur, alter vero laudet sensum et significatum. **H**oc ergo et assidue contemplari et admirari opera divina: sed ei, qui rex corporis pulchritudinem in usum novit vertere spiritualem. **N**am, et ipsa scriptura tanope nos ad consideranda miracula dei excitat, ut postea quod est foris crevimus, itus ad agmina veritatis veniamus. **V**nus per se, quasi pro magno aliquo, se ita et hoc fecisse commemorat, et adhuc facturum promittit, dices: **O**mnes fui derum antiquorum, meditatus sum in omnibus opibus tuis, et in adiumentis tuis exercebor. **H**inc est etiam, quod abusus a ignorantibus creatore suum, et cultum deo debitu prodolis exhibebitur, in psalma dominus: **Q**uis mensus est pugillo aquas, et celos palmo prodiderunt? **Q**uis appedit tribus digitis mollem terram, et libravit in pondere montes, et colles in stateras? **Q**ui sedet super mundum celos, et expandit eos, sicut locustae? **Q**ui extedit velut iniquum celos, et argueret prodolorum cultores, ait: **O**mnes dignitatem demomini, dominus autem celos fecit. **Q**uid est ergo putatis, quod in assertione vere divinitatis, opera dei ita in medium deducuntur? **E**t dominus autem celos fecit, nisi quod creatura recte considerata

homini, creatorem suum ostendit. Consideram⁹ et nos, quā-  
 ta sint mirabilia dei, et p pulcritudinē rerum cōditar⁹, que-  
 ramus pulcrū illud, pulcror⁹ oīn pulc̄rimū, quod tam mi-  
 rabile et ineffabile est, vt ad ipm om̄is pulc̄ritudo trāfico-  
 ria, et si vera sit, compabilis esse nō possit. Et, qz superius  
 om̄ne pulc̄ritudinē visibilium, m̄ quatuor cōstare diximus:  
 nunc ordine p singula currentes, qualiter ex ip̄is misibilis  
 dei sapientia clarescat, videamus. Scio quidem, q̄ m̄inus  
 erit quicquid dixerimus, sed tamē decens non ēt ideo om-  
 mino taceamus; ibi p̄cipue, ubi fieri posset, maxime decēter  
 loqui deberemus. Quatuor diximus, sitū, motum, spēm, et  
 qualitatē. Primum ergo, primo discutiām⁹. Situs est, in cō-  
 positione et ordine, id ēm cōpositōe, et dispositōe. Cōpo-  
 sitio duo h̄re debz, aptitudinē, et firmitatē: hoc ēut opos-  
 nedo, apte, et aptent, coeant, et oposita firmē cohereant,  
 laudabilis ē opositio talis. Aptitudo considerat, i quātitate,  
 et qualitate. In q̄ntitate ne m̄inis tenua et p̄erilia, grossis  
 et corpulentis. In qualitate, ne m̄inis humida siccis, ne m̄inis  
 calida frigidis, m̄inis leuia p̄derosis, et si qua sūt talia in-  
 ordinate iūgantur. Vide, si pulc̄ritudinē diuīmorū operū  
 aliquid horū desit, et si nichil deesse videris, iam aliquid  
 habes, vnde etiam in hac parte mireris. Et primum quidē,  
 si vniuersitatis hui⁹ machinam intueris, inuenies, q̄ mira-  
 bili ratione et sapientia, compositio rerum omnium perfe-  
 cta sit, q̄ apta, q̄ congrua, q̄ decora, q̄ cunctis partibus  
 suis absoluta, in qua, non solum concordiam seruant simi-  
 lia, sed etiam creante potētia, diuersa atq; repugnantia ad  
 esse prodierunt. Dictante sapientia, i vnam quodammodo  
 amicitiam, et federationem conueniunt. Quid repugnantis  
 us esse potest, aqua et igne, que tamen in rerum natura, ita  
 dei contemperavit prudentia, ut non solum ad inuicem cō-  
 mune societatis vinculum non dissipent, verum etiam nasce-  
 tib⁹ cūctis, vt subsistere possint, vitale nutrimentū submistrēt,

**Q**uid de humani corporis compage loquar, ubi omnium membrorum iuncturę tantam ad uniuersitatem seruat concordiam, ut nullum omnino possit inueniri membrum, cuius officium alteri non videatur prestare ammimiculum. **S**ic omnis natura se diligit, et miro quod ammodo plurimum dissimiliū et in unum redactorum concordia, unam in omnibus armam facit. **A**pia est ergo, et conueniens rerum omnium compositione: sed quomodo est firma? **Q**uis non videat? quis non miretur? **E**cce celi, qui ambitu suo concludunt omnia, quomodo solidi sunt, et quasi ex gre fusiles, desuper circumquaque operansi. **T**erra vero in medio, suo pondere librata, semper immobilis perseverat, ut cetera in medio fluctuantia, hinc soliditas celorum, illinc terrę stabilitas, in unum coartent et constringant, ne citra legitimos terminos diffusa, concordiam universitatis dirumpant. **E**cce, quomodo per viscera telluris intrinsecus, dracones aquarum sparsi, et foris per aliacos suos, in diversa deducti, inter fatiscentem, ne dissoluantur conglutinant, et foris ne fatiscatarentem rigant. **E**cce, quomodo in humanam corporis fabrica, iuncturas ossium vincula nervorum ligant, et medullis interius per fistulas tibiarum diffusis, canalia etiam vitalem venarum sanguinem per omne corpus deducunt, ac deinde tenericudinem carnum cutis tegmen involuit; ut et rigor ossium intrinsecus corpus sustineat, et pellis munimen foris defendendo custodiat. **Q**uis duritiam lapidum? quis soliditatem metalorum? quis nodositatem roborum? quis tenacitatem glutinum? quis cetera innumerabilia enumerare queat? **E**x quo claret, quod sunt firma rerum vincula, cum singula queque condita, tanto insu naturam, esse suum defendant: simul vero omnia, a concordia societate sua dissolui omnino non queant. **P**ost compositionem sequitur, ut de dispositione rerum, qualis sit, consideremus. **N**eque enim minima fiet ammiratio, si quis diligenter attendat, quod sic singulis locis, singulis

dissimilis

temporibus singulis rebus diuina prouidentia causas suas  
 distribuit, ut in nullo penitus ordo rerum perturbetur. Ec-  
 ce celum sursum est, et terra deorsum: In celo stellas et lu-  
 minaria collocauit, ut subiecta omnia illustrarent. In ae-  
 re, ventis et nubibus viā fecit, ut agitationibus suis dis-  
 se, pluiam deorsum funderent. In gremio telluris, moles  
 aquarum recipi iussit, ut per gurgites suos hinc illucque,  
 quo nutus ferret iubentis, discurrerent. Volucres in aere  
 suspendit, pisces aquis immersit, terrā bestijs et serpentibz,  
 et aliorum reptilium vermiumqz generibus repleteuit. Quas-  
 dam regiones dicit aut vertate frugum, quasdam opulen-  
 tia vinearum, alias fertilitate olerum, alias fecunditate pe-  
 corum, alias potentibus herbis, alias gemmis preciosis,  
 alias animalibus et bestijs monstruosis, alias coloribus  
 varijs, alias diversarum artium studijs, alias metallorum,  
 alias thymiamatum diversis generibus: ut nulla prosus re-  
 gio sit, que non aliquid pre ceteris nouum et speciale pos-  
 sideat, nulla item, que non aliquid nouum et speciale ab a-  
 lijs accipere queat. Quid, q̄ etiā ea que humāns usibus  
 necessaria sunt, in communū hominum frequentia, ipsa crea-  
 toris prouidentia constituit: ea vero que non natura prop-  
 ter necessitatem, sed cupiditas expetit propter speciem,  
 in abditis terrarum simibus abscondit: ut quem amor vir-  
 tutis, ab immoderato appetitu non castigat, saltum laboris  
 tedium vicius, conquiescat.

### **D**e dispositione temporum .vj.

**E**c de dispositione locorum dixim⁹, quid de disposi-  
 tione temporum dicemus? Quis satis ammirari  
 potest, q̄ mira ratione prouidentia diuina cursus

temporū

temporū distupit. Ecce post noctem vēnit dies, ut torpers  
in ocio labor exerceat: post diem sequitur nocte, ut fessos  
ad rehōcillandum quiesciat. Non semper dies, non  
semper nocte, non semper equalis dies et nocte, ne vel immo-  
deratus labor debilitatos frangat, vel quies continua  
naturam inficiat, vel idemputas perpetua anno tedium  
signat. Item, quemadmodum vicissitudo dierum ac no-  
ctium, ammantia renouat, ita quatuor tempora anni ordine  
sibi succedentia, totius mundi speciem immutant. Primum,  
per tempore veris, quadam innouatione mundus nascitur.  
Deinde per feruorem estatis, quasi in uuentutem robora-  
tur. Post hęc, superueniente autumno, ad matunitatem  
conscendit. Postremo, succedente hieme, ad defectum ver-  
git. Tocico autem semper deficit, ut semper post defec-  
tum renouari possit: quia, nisi prius a statu suo defice-  
rent vetera, quasi illis locum occupantibus, non valerent  
exurgere noua. Hoc quoque satis mirabile, in hac disposi-  
tione certatur, quod ipsa tempora, ita immutabili lege, sue  
mutabilitatis vices custodiunt, ut nec aliquando ab ex-  
plendo ministerio suo deficiant, neqz secus currentia, ordi-  
nem prime institutionis confundant.

**D**e ordine, qui in unaquaque re considera-  
tur, secundum congruam dispositionem partium .vij.

**H**ec de dispositione temporum, exempli causa dir-  
eta sufficiant. Nunc illum ordinem prosequa-  
mur, qui in unaquaque re consideratur, secun-  
dum congruam dispositionem partium. Hic ve-  
ro intrinsecus est, alijs scilicet secundum locum et tempus  
extrinseci sunt. Et hic quoqz nō minus miranda est sapientie

efficacia, que ita congrue in universitate singula distribuit, ut nusquam omnino iunctura partium generet repugnantiam qualitatum. Ecce, ut exempli causa, de multis pauca ponamus. In compositione humani corporis, quanta elucet sapientia creatoris. Sursum est homo informis, deorsum bifariam diuisus: quia et uniforme est principale mentis, id est, ratio, que inuisibilia respicit: et gemina est anime qualitas, ita et concupiscentia, que deorsum ad terrena descedit. Item, brachiis in latum extenditur, tibias deorsum figuratur statura humani corporis: quia et intentio operacionis animum extendit, et affectus desideriorum figit. Item, secundum latitudinem hincide per digitos pedum, i. quinque finitur humani corporis protensio: quia, siue in latum tendatur animus, per intentionem operis, siue deorsumfigatur, per desiderium affectionis, quinque sensus sunt per quos foris exit. Item, digitis terminis articulorum intervalis distinguntur, qui de una palma, in pedibus/de una planta prodeunt: quia de una sensualitate/quinque sensus exirent, in quibus prima distinctione. primum sensus, deinde sentire, postmodum sensibile, inuenitur. Postremo, in singulis digitis, extremorum articulorum capita, superpositis ungibus, quasi galeata cernuntur, ut quocunque siue manus extensa, seu pes promotus offendiculum inuenierit, ipso suo munimine protecti, illeshi permanere possint. Similiter, terrena ista, ad similitudinem vnguum, foris sensibus imberentia, quasi in necessitate nos munimunt, sed quantum non pertinent ad necessitatem, quasi extra carnem sine sensu precidi possunt. Ecce, in humana facie, q̄ rationabili distinctione, instrumenta sensuum collocata sunt. Supremum locum obtinet, visus in oculis. Deinde, auditus in auribus, post hunc, in naribus olfactus. atq; post hunc, in ore gustus.

Sciimus autem, q̄ omnes sensus de foris intus veniunt, solum visus de intus foras erit, et eminus posita, mira pre ceteris agilitate percipit. Bene ergo, quasi speculator, eminentiorem cunctis locum obtinuit, ut que ceteris sensibus superuentura sunt, ante periculum praevidere possit. Post hunc auditus, et loco et mobilitate secundus est. Deinde, olfactus. Gustus autem, qui mihi sentire potest, nisi id quod tangit, & merito (tardior ceteris sensibus) in imo resedit. Tactus, speciale in se dem non habet, qui ideo universalis est, quia cunctis cooperatur sensibus. Unde et in digitis poller, qui tactum significat, coadunatis in unum digitis, solus omnibus respondet: quia, sine tactu nullus sensuum esse potest. Vide etiam, quomodo in humano corpore essa intrinsecus collocata sunt, quatinus robur eorum corpus sustineat, deinde caro ossa vestit, ut duricia eorum moliter tactum recipiat. Ad ultimum, pellis carnem induit, ut sua quodammodo tenacitate, ab incompatibilis foris accidentibus, corpus mumiat. Attende, quomodo illud quod molle est et infirmum, in medio, quasi in loco tutiore ponitur, ne vel intrinsecus fulcimento carens, concidat, vel extrinsecus momentum non habens, fatiscat. Quod autem in uno exemplificatum est, in cunctis generibus rerum inueniri potest. Sic enim cortex munit arborem, sic pennae et rostra volucres, sic squame pisces, rebusque singulis, secundum competentiam naturae sue / prouidentia creatoris munimenta instituit. Hucusque de situ locuti sumus, nunc ad motu transeam.

**De motu. viij.**



Otus est quadriarius. Localis, naturalis, animalis, rationalis. De quibus, quia per singula multa

dicere nō possumus, breuitate singula pstringamus. Vide, quō in motu locali sapia editoris appareat. Cogita nūc, vñ defluētibꝫ sp aqꝫ, i deficiēs / sp vena mīstrat, vñ motu ventorꝫ educit: qꝫ ifatigabilē astrorꝫ cursu modat: qꝫ solez p hiberna descendere siḡ p̄cipit: qꝫ rursu p̄ estua eū signa ascēdere facit: qꝫ eū ab oriente i occidēte ducit: et itex ab occidēte ad orientē reuebit. Hęc cūcta mirabilia et soli deo possibilia sunt. Qd̄ etiā de natali motu dicā: qꝫ putas nascētibus cūctis icremētum ēbuit? et q̄i de quodaz occulto nat̄e sinu in aptū Germantia educit: rursuq; eadē marcētia illuc vñ reverāt reuerti facit. Satis hęc diligēter ituētibꝫ mirabilia apparebūt. Dein sequitur motu aīalis, q̄ ē i sensibꝫ et appetitibꝫ. Cogita ergo, q̄lis ēc possit, q̄ sensibꝫ cīm viuētū fabricat, appetitū creat, et i singulis qbusq; aīantibꝫ qd̄ appetit, et qn̄tū appetit debeat, ordīat. Deniq; motu rōalis, q̄ ē i fīcis et osilijs: satis aīrōmis tibi m̄genit, si accēdere volueris, q̄i iefabilis sit sapia, q̄ oīā hōim fca, oīes deniq; volūtates, oīes cogitatōes cordiū, ita ad suę volūtatis arbitriū itor̄qt, ita impat et moderat, vt m̄bil i viuētate possit fieri, q̄i nō ipa ad decorē opm suorꝫ, aut p̄cipiēdo, aut p̄mitiēdo, fieri velit.

### De specie .ix.

**H**ec de motu, pro breuitate dīa sufficiat. Dein sequitur spēs. Spēs ē forma visibilē, q̄ detinet duo, figurās, et colores. Figure autē rex, mltis moīs apparēt mirabiles. Aliqñ ex magnitudine, aliquā ex pūitate, aliquā q̄ rare, aliquā q̄ pulcr̄, aliquā ut int̄im ita loq̄t, q̄r̄ quodāmō duemēt īept̄, aliquā q̄r̄ i mltis vna, aliquā q̄r̄ i uno diuersa, sigla oītū suo profēqm̄ur. Figura, s̄m magnitudiez, attēdit, qn̄ res q̄libz sui generis modi q̄ntitatē excedit: sic miramur gigātē int̄ hoīes, certū int̄ pisces, grifēn int̄ volucres, elefātem int̄ q̄drupedes, draconē int̄ lzpētes. Figura s̄m pūitatē osīdat, qn̄ res q̄libz sui generis q̄ntitatē q̄re nō p̄t, vt ē succrio, in capillo, tinea in idumēto, v̄mes et scūfes, et silia, q̄ int̄ c̄etera quidem

alia vivunt, s; ceteris omnibus corporis exiguitate dispes sunt. Vide ergo, quod magis mireris; de ceteris aliis grifis, an scumfissus caput eque vel locutes crura elephas vel culicis. Instru suis vel succeri ois aq;la vel formicas leone, vel pulicet; tigre, vel testudinez. Ibi miraris magis studiez, hic miraris primitatem, corpore pium, magis sapientia ostendit. Magis sapientia, cui nulla subrepit negligentia: illis dedit oculos, quos vix appetere potest oculi: et in tam exiguis corporibus sic omnia limameta naturae suae aegrua, plenissime distribuit, ut nihil videas deesse in minimis eorum omnium, quoniam a formauit in magnis.

**R**estat nunc dicere **V**De his quae rara sunt .x  
De his, quae rara sunt, et ob hoc magis mira videntur. Sunt quidam in rebus ordinatis, quae in ecclesiis cum videantur magis mira sunt: quae ad hanc notiam raro perueniunt: vel ob hoc, quae in suo genere pauca canta sunt: vel quae remouunt se in abditis naturae similibus abstrusa. Nec autem in ecclesiis cantoris prouindencia seorsum collocare volunt, ut illos de orto, quae noria sunt ledas humanae societas, eorum quae pericula sunt, sapientem probat humana cupiditas, eorum quae rara sunt nuntiata excitata, amirari discat humana tarditas. Propterea, ut hec bona sit et mala, quae enim posita, quodammodo alloquitur homines; ut attedatur quanto studio mala est, et bona est, et bona appetit, si pro his et palib; bonis adipiscendis, et malis evitandis, tates.

**D**e his quae sunt mirabilia. .xi. **L**abores sustinet.  
Requiritur de his, quae mirabilia sunt, propter pulchritudinem. Quare namque figurae miramur, quae spathae quodammodo decore sunt, et due senti coaptate, ita, ut ipsa dispositio opibus, quodammodo innere videantur, spitali sibi adhibita diligenter editoris. Rursum alia in ecclesiis miramur, quae monstruosa sunt vel ridicula: quoniam quae de plasmato, quantum ab humana ratione alienae sunt, tanto levius humani animi ammiratores appellere possunt. Quare cocodrillo manducans, inferiore molam non mouet, et quoniam salamandra in igne illigata permanens, quae dedit hercio spias, et docuit eum, ut de pomis et cibis discussis se involuat, quibus onustus icedens, stridens, qui plausus est: et formica, quae biemis superetur pescia, gressu horrea sua repletaranea, quae de visceribus.

rib⁹ suis laq⁹os necit, vñ predā capiat: isti sunt testes sapie  
 di. **E**st adhuc ali⁹, vñ et euidēs dīmē sapīe arguītū, q̄ oē  
 gen⁹ sile sibi procreat, et i tam mltis silitudo vna p̄pagata,  
 p̄mē origis formā n̄ imutat, nō ouis vitulū, n̄ vacca agnū, nō  
 cua leporē, nō leo vulpē: s; i sibi sile p̄paginē suā extēdit oē  
 qđ ē. **H**oc quo; iſēlibil nača custodit, ali⁹ genē tilia, ali⁹  
 fag⁹, ali⁹ qrc⁹, vñ qđq; spēz suā hz, et vñqđq; ḡnis sui s;  
 uat silitudiez. **V**ide foliū, quō serratus dētib⁹ p̄ girū distin-  
 guit, quō i trinsec⁹ p̄ductis costulis, huc illucq; i terit. **N**u-  
 mera vñ, numera ali⁹. **O**ne qđ ē vñm⁹ ḡnis, vñm⁹ iuems si-  
 militudis, tot dētes i vno, quot dētes i alio, tot costulas i  
 vno, quot costulas i alio: talē formā i vno, q̄le; formā i alio,  
 talem colorem i vno, qualē colorē i alio. **E**cce, quō mora,  
 quō fraga, quibus dā granulis ad iuicē cōpactis circūqua-  
 q; distinguuntur, tale vnum qđq; quale alter⁹, et om̄is natu-  
 ra, quasi cui⁹ dam intrinsecus dictatis p̄ceptum acceperit,  
 nus q̄ terminos suos excedere p̄sumit. **H**oc quoq; mirabile  
 est, quod i vno corpore, tot constituūtur membra, tot mē-  
 brorum formē, tot loca, tot officia. **E**cce i vno homis corp⁹,  
 quot mēbra, aliud auris, aliud oculus, ali⁹ lingua, aliud  
 nasus, ali⁹ pes, aliud manus, singlis sua forma, sua loca, sua  
 officia: et cū sunt ita diuersa i se singlā, iuicē tñ coopāt̄ oīa.

**P**ost figurā seq̄tur color: **D**e colore . viij.  
**D**e colore rex, multū differere op⁹ n̄ ē. cū ip̄e usus  
 probet, qntū nafē decoris addit, cū tā varijs distincta colori-  
 b⁹ adorna: qđ luce pulchriq; cūm colorē i se n̄ hēat, p̄im tñ  
 colores rex, ip̄a quodāmō illuīando colorat: qđ iocūdi⁹ ad  
 vidēd̄ celo, cū serenū ē, qđ splēdz q̄i saphir⁹, et ḡtissio quo  
 fug claritatis tpañto visū excipit, et d̄mulcet aspectū. **S**ol  
 sic aurū rutilat, luna pallet, q̄i electrū, stellaz qđā flāmeo  
 aspectu radiat, qđā luce rosea micat, qđā vō altnat, nūc ro-  
 seum, nūc viridem, nūc cādidum fulgorem demonstrant.  
**R**uid de gemmīmis, et lapidibus preciosis narrem, quorum  
 non solum efficacia utilis, s; aspectus quoq; mirabilis est.

resurrectiois

27

**E**cce tellus redimita floribus, quā iocundū spectaculum p̄bū, quō visū delectat, quō affectū prouocat. **V**idem rubētes rosas, cādida lilia, purpureas violas, ī q̄bus oībū nō solū pulchritudo, s̄z origo quoq; mirabilis ē. **A**uō sc̄z dī sapientia de fr̄ē puluere talē producit sp̄em. **P**ostremo, sup̄ oē pulchritū, vnde quō am̄os itūētū rapit, q̄i vē nouo, noua qđā vita, germīa prodeunt, et erecta sursuz ī spiculū suis, q̄i deorsuz morte calcarata, ad imaginē fūcē r̄ōmis, ī luce piter erumpunt. **S**z qđ de opibū dī loquimur, cum etiā hūanę idūstrij fucos adulterina quadam sapientie fallentes oculos, tantope miramur.

**D**icitur sp̄ez de q̄litate reū dissere debem⁹: ob hoc prodētia cātoris tā diuersas q̄litates rebū ididit, vt cās sēs hoīs sua oblectātūa iueiat. **N**id p̄cipit vis⁹ aliud audi⁹, aliud odorat⁹, aliud gust⁹, aliud tact⁹. **V**isū pascit pulchritudo color⁹, suauitas cātilēnē demulceret auditū, flagrātia odoris olfactū, dulcedo saporis gustū, appetitudo corporis tactū. **E**t q̄s oēs delicias sensuū enumerare q̄at. **A**ue tā multiplices sūt ī singulis, vt si q̄s quēlibz p̄ se obidet, quēlibz p̄ se ditatum putet. **N**id em̄ oblectātūa oculorū ī diuersitate color⁹ mōstraūm⁹, tot oblecta aurū ī varietate sonorū iuem⁹. **I**nē q̄ prima sunt, dulcia s̄zmonū dōmercia, q̄bus hoīes ad iuricē suas volūtates dūcant; p̄terita narrāt, p̄ntia idicant, futta nūciant, occulta reuelāt, ađo, vt si his careat vita hūana, bestijs dōpabilis videat. **A**uid aut̄ dōcent⁹ aurum: qđ hūanę vocis melos iocund⁹: qđ dulces mōs sonorū oīm dōmemorē: q̄r tā multa sunt armori⁹ genera, vt ea nec cogitat⁹ p̄ currerē, nec s̄zmo facile explicare possit, q̄ tam cūcta auditui s̄zuiunt, et ī ei⁹ delicias creata sūt: sic ē dī olfactu⁹. **H**ūt tūmiamata odorem suum, habent vnguenta odorem suum, habent rosaria odorem suuz, habent rubeta, prata, tēsqua, nemora, flores odorem suum et cuncta que suauem p̄fstant flagrantiam, et dulces spirāt odores, olfactui s̄zuiunt,

et in eius delicias crea ta sunt. Eodem modo gustus, et tas-  
ctus, varia habent oblectamenta, que ex similitudine priorum satis ppendi possunt.

**V** De utilitate. xiiiij.

**D** <sup>perit ad portam</sup> <sup>ad sapientiam</sup> <sup>T de 3° principali qd' p'ntur</sup> <sup>ad beatitudinem</sup>   
Immenitate creaturarum, et de pulcritudine ea-  
rum, quomodo potuimus, non quomodo debuimus,  
locuti sumus: nūc restat, ut ad considerandam ea-  
rundem utilitatem transeam. Utilitas rerū quatuor com-  
plectitur, necessaria, cōmoda, cōgrua, et grata. **Necessariū**  
vinciq; rei est, quo minus ipa subsistere cōmode non po-  
test, utpote, in victu hominis, panis et aqua, in vestitu, la-  
nea sive pellicea, aut quelibet eiusmodi indumenta. **Com-**  
**modum** est, quod licet aliquando amplius delectet, sine  
ipso tamen vita duci potest, utpote, in victu hominis, pocu-  
lum vim, et esus carnum. in vestitu bisus et sericum, vel  
quodlibet aliud mollius indumentum. **Optum** et congruū  
est, quod licet videntibus non prospicit, ad utendū tamen con-  
uenit, quales sunt tincture colorum, preciosi lapides.  
et quecunque eiusmodi censentur. **Gratum** est, eiusmodi /  
quod ad usum quidem abile non est, et tamen ad spectan-  
dum delectabile, qualia sunt fortasse quēdam herbarū ge-  
nera, et bestiarum, volucrū quoq; et piscium, et queq; simi-  
lia. **Sed** dignum valde inquisitione est, quare deus hęc cre-  
are voluit, que usui hominis (propter quem omnia fecit)  
non necessaria fore praeuidit. **Sed** hoc citius cognoscitur,  
si causa et modus hūang conditōis attendat. **Deus** ho-  
mīmem propter se fecit, cūcta alia propter homīmem condit  
**Propt' se fecit** hōie, n̄ q̄ ip̄e indigeret hōie, sed ut hōi,  
qr melius dare n̄l potuit, seip̄m fruendū daret: alia vero

creature sic facta est, ut et subiecta homini esset, per conditionem, et deseruiret ad utilitatem. **H**omo ergo, quasi in quodam medio collocatus, habet super se deum, sub se mundum, et corpore quidem deosum mundo coniungitur, spiritu autem sursum ad deum subleuatur. **N**ecesse autem fuit, ut visibilium conditio ita ordinaretur, quatinus homo in eis foris agnosceret, quale esset inuisibile bonum, quod intus querere deberet, hoc est, ut sub se videret, quid supra se appeteret. **N**on igitur decebat, ut rerum visibilium copia, in parte aliqua defectum sentiret, que ob id maxime instituta est, ut ingestabilem eternorum bonorum affluentiam nuntiaret. **H**oc est quod diximus, cur deus illa etiam creare voluit, que humanae vobis necessaria non esse prouidit. **S**i enim sola necessaria tribueret, bonitas quidem esse, sed diues non esset. **C**um vero necessariis etiam commoda adiungit, diuitias bonitatis ostendit. **C**um autem commoda, congruis super additis cumulantur, habundantia diuinae bonitatis eius demonstratur. **S**ed dum postremo congruis etiam grata addicat, **R**und aliud, quod superabundantes diuitias bonitatis sue notas facit.

**D**e tribus similibus .xx.

**H**ec de utilitate scripturarum, breuiter dicta sufficiant. sed libri adhuc, ad cumulum diuinę laudis paullisper attendere, quod mire tria hec simul in opere suo conseruauerat deus. **O** quanta admiratione dignum sit, sic facilius fortasse cognoscimus, si prius hec, qualiter in opere humano si esse non possint, consideremus. **C**erte hoc cum multa fate te desiderat, magna facere non potest, quod tantumque plualiter in singulis, quanto plura sunt, per quam intentio sua conatus dividit. **R**ursus,

cum ad magnitudinem inititur, a multitudine retardatur: quia multis prestare non sufficit vires, quas ad unius effectum specialiter effundit. Simili modo, minor diligentia decori operis impenditur, quotiens ad multitudinem solam, siue ad magnitudinem perficiendam, amissus occupatur. Videmus, quod scriba eas figuratas, que exiles sunt, promptius format. imaginis figurandis propensius desudat, et calamus quanto velocius trahitur, tanto deformiores sunt littere, que exprimuntur. Nam, et informandis vestibus, hi qui minus pulchritudinem diligunt, sepe utilitatem perdunt, et qui utilitatem conseruare cupiunt, pulchritudinem habent non potest. Sed in ope dei, nec multitudo magnitudinem inuit, nec magnitudo multitudinem strigit, neque si, vel multitudo vel magnitudo pulchritudini officit, neque pulchritudo utilitatē tollit, sed sic facta sunt omnia, quasi facta sint singula, ut cum uniuersa asperaris, singula mireris. Hec de visibilibus dicta alicui fortassis, quantum ad compendium tractandi pertinet, plurima videbuntur: sed attendere debet, quod tam operosa materia, non facile paucis verbis explicatur. Nam, cum dicat apostolus, quod per ea quae sunt in mundo, manifestantur ea quae inuisibilia sunt in deo: necesse est, ut quisquis per visibilia, ad agmitionem inuisibilium peruenire desiderat, prius ipsa visibilia agnoscat. Propter quod et ego, cum hec pro posse meo inuestigare proponere, tribus inuisibilibus in exordio enumeratis, et tribus itidē inuisibilibus contra hec dispositis, ratus sum, hunc esse competentissimum ordinem narrandi, ut prius, ipsorum visibilium aliquam noticiam in medium afferrem, ac sic deinde, quasi reserato contemplationis aditu, per inuestigationem inuisibilium procederem. Postq̄ igit̄ his, quae de visibilibus dicenda erant, fine facimus, nunc quo, vel quo ordine per hec ad

invisibilia ascendatur, considerare debemus? Tria diximus  
invisibilia, potentiam, sapientiam, benignitatem. Querendu-  
mum est ergo, quod horum prius contemplantibus in agni-  
tione occurrat. Et credo, quod illud inuisibile prius in con-  
templatione comprehenditur, quod in suo visibili simula-  
cro expressius et manifestius declaratur. Simulacra autem  
invisibilia ipsa visibilia dicuntur, utpote inuisibilis poten-  
tia simulacrum est, creaturarum immensitas. Invisibilis  
sapientia simulacrum est / creaturarum decor. Invisibilis  
benignitatis simulacrum est, creaturarum utilitas. Omnis  
autem creatura, quanto vicinus similitudini creatoris ap-  
propinquat, tanto vicinus creatorem suum declarat. Il-  
lud ergo visibile simulacrum, inuisibile exemplarum prius ostendere debet, quod diuine similitudinis imaginem perfectius  
in se expressam retinet. Immensitas autem creaturarum  
magis ad essentiam, decor vero creaturarum magis per-  
tinet ad formam. Essentia vero, absque forma considerata,  
informitas est. Quod autem informe est, in hoc quidque est,  
deo simile est, sed in hoc quaque forma caret, a deo dissidet.  
Quod ergo formatum est, magis deo simile est, quia id quod  
formam non habet. Unde constat, quod plus evidens si-  
mulacrum est decor creaturarum, que ad solam spectat es-  
sentiam. Item, decor creaturarum, propter formam natura-  
lem pertinet ad habitum, utilitas vero ad actum: quia in  
hoc creature utiles sunt, quod subiecte homini serviant, et  
obsequium reddunt. Quod ad habitum pertinet, magis  
proprium est, et magis certum, quam id quod pertinet ad  
actum: quia habitum natura inuidit, actum vero institutio  
adiunxit. Simulacrum ergo decoris, immensitatem pari-  
ter, et utilitatem in cognitione precedit: et propterea in  
cognitione prius est, quia in manifestatione est evidentius.

In hoc igitur simulacro, primum vestigium contemplationis ponere debemus, ut dum primum inquisitio*n*s ingressum recte tenuerimus, ipso quem querimus duce inoffenso, ad reliqua procedamus. **P**ulchre autem inquirenda sapientia, ab ipso sapienti*e*s simulacro, inquisitionis exordiu*m* sum*e*, q*u*o*p* sapientiam suam pater manifestatur: n*on* solu*m*, q*u*oniam sapientiam suam in carn*e* misit, sed tunc quoq*u*, q*u*oniam p*ro* sapientiam suam m*u*ndu*m* creauit. **D**e cor creaturarum, quem simulacrum sapienti*e*s dei esse diximus, quatuor complectitur, situm, motu*m*, speciem, qualitatem. **S**ed in his quatuor motu*m*, excellenter locum habere dubium non est: quia vicimora vite sunt mobilia, q*u*ia ea que moueri non possunt. **M**otus autem quadripartitus est, localis, naturalis, animalis, rationalis. **S**ed motus naturalis/localem motum superat: quia in naturali motu, non solum imago vite exprimitur, sed ipa quodammodo vita inchoatur. **R**ursus, animalis motus tanto naturali precel*l*it, q*u*ia in sensibili id quod sentit. **P**ostremo, rationalis cunctis superponitur: quia in eo, non solum sensus ad animadum, sed ratio quoq*u*, ad intelligentum motus. **H**oc simulo*m*, nullum in creaturis esse potest evidentius: quia insensibilem sapientiam ostendit cunctis manifestius, id quod sapit. **P**rimum ergo est ac principale sapienti*e*s sacramentum, sapientia creata, id est rationalis creatura, que quia secundum aliquid visibilis est, secundum aliquid invisibilis, iama contemplationis facta est, pariter et via. In quantum visibilis, est ianua, in quantum invisibilis, est via. **J**anua est, quia ingredienti ad contemplationem animo, primum adi*c*tu*m* pandit. **V**ia est, quia currentem in contemplationem, ad finem ammam perducit. **J**anua est, quia quodammodo inuisibilia visibiliter ostendit. **V**ia est, quia de visibilibus per inuisibilia eunt, usque ad visibilium pariter et inuisibilium creatorem videndum, perducit: hoc in semetip*o* potest agnoscere homo. **N**emo enim est sapiens, q*u*o*d* se esse n*on* videat,

monk tonalis

**E**t tu homo, si vere, quod ipse attendere cōperit, oīm que in se vel videntur, vel videri possunt, nichil se intelligit. Illud namque, quod in nobis ratio nō capax est, quis ut ita dicam, in fusum et cōmixtum carnis sit, ipsum tamen se a substantia carnis propria ratione fecerint, et alienum esse intelligit. **C**ur ergo homo misibilia esse dubitet, qui id ipsum quod vere homo est, de cuius existentia nequaquam dubitat, misibile esse videt. **T**anua ergo contemplationis homini aptur, quoniam ipse sua se ratione ducente, ad se cognoscendū ingreditur. Ingresso autem via usque ad finem currenda restat, ut scilicet, quisque ex consideratione propria, ad agitionem creatoris sui perveniat. Illud namque in nobis, quod carnis non habet essentiam, a carne nō potest habere materiam, sed sicut diuersum est a carne, ita alienum se sentit a carnis origine. Initium tamen se habergit in hoc verissime agnoscit, quia cum se intelligat esse, semper se fuisse non meminit, cum tamen nesciens, intelligens esse non possit. **S**i ergo intellectus esse non potest, nisi intelligens, restat, ut quae nō sp̄ intellectus cognoscimus, non semper fuisse, et per hoc aliquando cōpissim, credamus. **S**ed, sicut iam dictum est, quod spiritalem habet substantiam, nec potest originem habere corpoream: quia quicquid ex materia piacente traducitur, corporeū esse comprobatur. **S**i igitur, misibile nostrum initium habuerit, superest, ut non de praecedenti materia, sed de nichilo factum sit. **Q**uod autem nichil est, esse sibi dare non potest, et ideo quicquid initium habuerit, dubium non est, quoniam ab alio esse acceptum. **Q**uod autem a semetipso non est, esse alijs dare non potest. **I**gitur, quisquis ille est, qui rebus esse contulit, ab alio esse acceptum, quod inde quoque liquido comprobatur: quia si quicquid est creatura, creaturam esse credimus, nullum in rebus finem muemimus. **N**ra ergo natura instruit, quod creatorem habemus ēternū, cui suū et propriū est quod subsistit: quod si ab alio esse acceptum, prima ratiō vera sit dici nō possit.

**S**i enim aliquā dō nō erat, a seipso initium non habuit, s; nec prius dici potest, si ab alio esse accepit: igit̄ si creator est/ semp fuit. Itē. qd̄ a semetip̄o est, nō esse nō potest. Quicq; quid em̄ a semetip̄o est, huic idem est ēē, et qd̄ est, et dstat, qz nulla res a semetip̄a dividī aut separari potest. Cui igit̄ idē est ēē, et id qd̄ est, necessario semp ē: qz a semetip̄o sep-  
 arari nihil p̄t. Si igit̄, qd̄ a semetip̄o ē, huic idē est ēē, et id qd̄ est: q̄ aliunde ēē non accepit, sequitur necessario, ut semp sit, neqz vt aliunde auferri possit, qd̄ aliunde datum nō sit.  
**N**ecesse ē ergo, ut quē creatorez credimus, hunc nec principium, nec finem habere posuisse, cōfiteamur. Principiū em̄ nō habet, qd̄ semp fuit, nec finē qz nunq̄ desimit. Neqz er-  
 go ēternz, p̄ter solum creatorem, est, neqz creator, nisi eter-  
 nus esse potest. **H**anc cognitionē in rationali motu inueni-  
 mus, qz sc̄z creatorem ēternum habemus, qui principio ca-  
 ret/quia semper fuit, finem nō patitur/qz semp erit. **H**uic  
 cognitioni ceteri quoqz motus attestantur, hoc est, āimalis,  
 naturalis, localis. In āimali nanqz motu, sunt sensus et ap-  
 petitus. **O**is aut̄ naturalis appetit̄, in rebus explementum  
 iuemit, neqz aliqz est ordinat̄ affectus, quē suz effect̄ cō-  
 sequi nō possit verbi grā. Esuriūt āimantia, inueniunt qd̄  
 comedāt, sitiūt/inueniunt qd̄ bibant, algent/inueniunt quo  
 caleant. Constat ergo, quia prouidētia p̄cessit, cuiz consi-  
 lio dicit̄ cautum est, ne qz nunc īdigentijs p̄sidium de-  
 sit. Qui em̄ appetitus instituit, ip̄e appetitibz alimenta p̄-  
 paruit, neqz vlo modo fieri posset, si rerum euētus fortui-  
 ti essent, ut sic p̄ omnia, cunctis affectibus seu effectibus re-  
 sponderent. **I**tem. motus naturalis probat: Sicut em̄ im-  
 possibile est, ut p̄ se aliquid de nichilo fiat, sic oīno imposs-  
 sible ē, ut p̄ se aliquid augmentū accipiat, hoc est, quod sibi  
 ipsi dare non potest initium, sibi ipsi dare non potest incre-  
 mentum. **Q**uicquid em̄ crescenti in augmentum venerit,  
 p̄ter id esse cōprobat qz p̄ se p̄z solū sū incremento fuit.

monk mālio

monk nālio

**S**i ergo nō crescere potest, nisi addatur ei quod prius nō  
 habuit, pater, qz nulla res cresces, p se incrementū sumit.  
**C**ui ergo crescentibus dat cremenū, ipse nō existētibus de-  
 dit inicū. **I**dem motus localis probat. **R**uas dā nāqz cre-  
 aturas ppetuo motu agitari cernimus, quas dā vero scđm  
 tempus moueri videmus, et alias sic, atqz alias sic. **E**t, licet  
 ita dissimiliter res moueātur, nulqz tamen ordo rex confu-  
 ditur. **V**nde non est dubiu, quin intus sit dispositō p̄siden-  
 tis, qui certa lege cūcta moderatur. **R**ua ratōne ergo ne-  
 gamus prouidentiā, si om̄is ratōnalis appetitus naturalis  
 sibi p̄patam inuenit alimoniā: neqz vñquā om̄mo hoc fieri  
 contingat, ut quod in uno natura appetit, in altero natura  
 non habeat. **S**imiliter, cū motus et incrementū ita varie,  
 et dissimiliter foris currētia, nunqz tamē defūdant ordinem,  
 quō negare possumus intus esse dispositōnem. **D**ubitari i-  
 gitur non potest, quin inuisibilis intus rector p̄sideat, qui  
 rex om̄i euētus, et prouidentia sua p̄uenit, et sapiētia dis-  
 pōnit. **V**nus inquā. **N**am, et hoc quoqz natura ipa docet,  
 vnu scz esse rex om̄i opificē, vnu esse rectore. **N**am, si diuer-  
 sa intus consilia p̄sidentiū essent, ipi se foris rex cursus ab  
 inuicē aliquā diuideret. **N**ūc aut, om̄ia dū sic accorditer ad  
 vnu finē currūt, profecto indicāt, qz vnu est fons et origo,  
 vnde procedūt. **S**ed qz, vnu diuersis modis accipitur, co-  
 siderandū est, quō creator rex vnu esse dicatur. **N**am et  
 vnu collectōe, et vnu compositōe, et vnu similitudīe, et  
 vnu essentia, et vnu idemtitate. **V**nu collectōe, est quemad-  
 modū, cū gregē dicimus vnu, in quo multa sunt aīalia **V**nu  
 apōlicōe, quēadmodū, cū corpus vnu dicimus, i quo multa  
 sunt membra, **V**nu similitudīe, quēadmodū, cū vocē vnam  
 dicimus, que a multis est prolata. **S**ed horū om̄i nichil ve-  
 re vnu est. **S**cđm aliquē tñ respectū, vnu dicta sunt, qz quo-  
 dāmodo ad vnitatē accedūt. **F**as ergo nō est, ut existime-  
 mus creatorē rex, aut collectōne diuersorū, aut apōlicōne

partium/aut similitudine plurium,vnum esse:cum illud etiam,quod in nobis rationale est, horum omnium in semetipso nichil possit inuenire. Illud enim nostrum,qd partium multitudine opositum cernitur,nō rationale/sed rationali diunctum esse,ipso nostra ratione aprobatur Si ergo nostrum rationale vere vnum est, quanto magis creator eius,vere vnum esse credendus est. Vere autem vnum est,qd essentialiter vnum est,cui totum est vnum esse,et simplex esse,quod est. Quicquid igitur vere vnum simplex est,et in partes omnes aliquas separari non potest,et ideo sectionem partium non admittit,quia per positionem non recipit. Creatori igitur rex, ideo vnum est esse quod est,quia totum vnum et simplex est esse quod est. Sed adhuc considerare nos oportet,qd quedam res inueniuntur,que vere vnum sunt,et tam summe vnum non sunt,sicut anima que vnum sunt essentialiter,sed vnum non sunt invariabiliter. Quod autem vere et summe vnum est,essentialiter / et invariabiliter vnum est. Restat ergo,vt si deum vere vnum esse credimus,vtrum ne etiam summe vnum dici possit,inquiramus. Quia tunc veraciter ostendimus, si eum omnino invariabilem esse cōprobamus. Sed,quia scire non possumus,quoniam deus invariabilis sit,misi prius agnoscam,quot modis res qualibet variari possit.primus nos oportet,omnes mutabilitatis modos describere,ac deinde per singulas,qualiter a deo remoueantur ostendere. Tribus modis fit omnis mutabilitas, loco,forma,et tempore. Localiter mutatur res quilibet,quando de loco ad locum transit:hoc est esse desinit ubi fuit,et ubi non fuit esse incipit:et est extrinseca hec mutatio, nihilque variat de ipsis rei essentia:quia,si esse desinit ubi fuit,non tamen quod fuit esse desinit,et si esse incipit ubi non fuit,non tamen quod non fuit esse incipit. Formaliter mutatur res quilibet,quoniam secundum suam essentiam in eodem persistens loco,vel secundum augmentum aliquod accipit,qd prius non habuit,vel secundum detrimentum aliquod qd prius habuit amittit,vel secundum

alterationem, aliquid quod prius habuit, alter habere incipit/q̄ prius habuit. **N**atura secundū tempus, ex duobus p̄cedentibus nascitur, quia nihil temporaliter mutari potest, quod vel formaliter non mutetur, vel localiter. **V**nde evidenter colligitur, q̄ immutabile omnino est, quicquid neq; forma, neq; loco, mutari potest. **S**i igitur deum, neq; forma, neq; loco, mutari posse constiterit, Immutabilem omnino esse dubium non erit. **L**ocalem autem mutationem facie ab eo remouemus, si eum vbiq; esse ostendimus. **Q**uod enim vbiq; est, in omni loco est, **A**utē in cīm loco est, de loco ad locum transire non potest. **D**eum autem vbiq; esse, multa sunt indicia. **P**rimū, ipsa anima nostra, quā et ratio simplicem essentiam esse non dubitat, et sensus p̄ omne vivificat, corpus diffusum esse probat. **Q**uęcunq; enim animati corporis pars legitur, unus est, ad quem sensus omnis doloris retoquetur: qđ omnino non fieret, si unus et idem vbiq; non diffusus non esset. **S**i ergo rationalis spiritus hominis, cum sit simplex, per omne quod regit corpus diffunditur, dignum nō est, ut ille creator, qui omnia regit et possidet, uno aliquo in loco coartari, et non omnia potius implere credatur. **N**am et ipi rerum motus, qui tam certo et tam rationabili vbiq; moderamine currunt, vitam intrinsecus mouentem, esse ostendunt. **N**ec tamen vlo modo credendum est, quod sicut sensus hominis, cum corpore quod sensificat, personaliter coniungitur, ita quoq; creator ille spiritus, cum corpore huius sensibilis mundi, personaliter coniungatur: quia aliter implet mundū deus, et aliter anima corpus. **N**ima implet corpus, et detinetur, quia circumscripribilis est: deus implet mundū, sed mundo nō concluditur: qđ vbiq; presens, nū q̄ comprehendi potest. **P**reterea, cum diuina virtutis effectus nūq; deesse cerimimus, cur eandem dei virtutem omnibus inesse rebus dubitemus. **S**i autem dei virtus vbiq; est, cum alia non sit dei virtus q̄ deus, constat

quia nulq; deus deesset. Neq; em, ut homo ad operandum, aliena virtute deus indiget: quia, homo sepe alieno ammimculo perficit, quod facere propria virtute non valet. Unde, secundum quandam loquendi consuetudinem, illic homo aliquando operari dicitur, ubi per semetip; absens esse no dubitatur. Quoadmodum, cum rex in ciuitate sua residens, procul cum hostibus configere, vincere, vel superare perhibetur: quia milites eius, volente ipso / et iubente configunt, vincunt, vel superantur. Tale est, cum quis in rem emimus positam, vel virgam extendit, vel lapidem iacit, et tangere dicitur, quicquid vel lapis/vel virga tetigerit. Multa quidem sunt talia, sed horum omnium nichil proprie dicitur: quod alteri tribuntur, quod alter operatur. Deus autem, qd p se metip; cuncta propria virtute facit, ubiunque presens est operare, presens etiam, necesse est, ut sit deitate. Quod si quis forte querat, quomodo diuina essentia, quae simplex est, ubique esse possit, sciat, qd aliter spiritus simplex dicitur, aliter corpus. Corpus em, propter parvitudinem, simplex dicitur. Cum autem spiritus simplex dicitur, non parvitas, sed unitas significatur. Creator igitur, et simplex, quia unus est, et ubique est, quia deus est. In omni loco existens, nulq; comprehenditur, quia uniuersa replens continet, non continetur. Quia igitur, in omni loco est, mutari localiter non potest, et quia a nullo comprehenditur, localis non est. Sed neq; illa, que secundum formam est mutabilitas, in ipsum cadere potest. Quicquid em secundum formaz mutatur, vel secundum augmentum, vel secundum diminutionem, vel secundum alterationem mutatur: sed horum omnium diuina natura nihil recipit, quod facile videre est per singula. Non augetur. Quicquid em p incrementum crescit, amplius aliquid semetip accipit. Quicquid autem, preter id quod in semetip habet, aliquid accipit, aliunde accipiat necesse est, quia nullares sibi p, quod non habet, dare potest. Creator autem rerum

aliquo aliquid quod non habet accipiat, cum omne quod ex-  
stet ab ipso procedat. Non potest igitur crescere, qui semet-  
ipso amplius, nihil potest recipere, neque minui potest. Quicquid  
enim semetipso minus fieri potest, vere unum non est: quia id  
quod in separatione se dividit, in coniunctione idem non fuit.  
Deus igitur, cui totum unum est esse, quod est, nullo modo  
semetipso minor fieri potest. Neque igitur, perfectio augeri,  
neque virtus minui, neque immensitas comprehendendi, neque qui  
presentis ubique est, localiter potest variari. Nunc de sola al-  
teratione restat, ut ostendamus, qualiter divinitate naturae non  
conueniat. Et quia, alia est alteratio corporum, alia spiritu-  
tum, cum ex supradictis constet dominum non corpus, sed spiritum  
esset, cum deo loquimur, non necesse est, de altera-  
tione corporum, multa dissenseremus. Premiter tamen eam attin-  
gimus, ut competentius ad alterationem spirituum pueniamus.  
Alteratio corporum fit, in transpositione partium, et  
vicissitudine qualitatum. Alteratio spirituum, per cognitionem  
et affectum. Secundum affectum mutatur spiritus, ut nunc  
tristes, nunc hilares. Secundum cognitiones, ut nunc  
minus, nunc amplius sapientes. Duo vero sunt principia, que  
affectum operantis mutare solent, id est, siue quia aliquid pre-  
intendifecerit in praeterito, siue aliquid in ordinatum appo-  
nat de futuro. Sed quod deus de facto non permittat, satis eu-  
denter ostendit immutabilis iste cursus rerum omnium, qui  
sic lege perpetua primae institutionis modum non deserit.  
Quod vero nihil in ordinatum proponat, rationabilis probat  
euentus, qui in tanto corpore naturae nusquam sibi contradicit.  
Semper ergo immutabilis est voluntas dei, qui nec consi-  
lium mutat de praeterito, nec propositum de futuro. Sic quo-  
que cognitionem immutabilis esse credendus est. Tribus enim  
modis mutabilitati subiacet humana cognitione, per augmentum,  
per diminutionem, per vicissitudinem. Per augmentum,  
ut quando discimus quod nesciamus. Per diminutionem, quoniam

quod scimus, obliuiscimur. **V**icissitudo autem quadripertita est, in essentia, in forma, in loco, in tempe. **I**n essentia vicissitudinem patitur humana cognitio, quando nunc hoc/nunc illud cogitamus: quia simul omnia nostro sensu comprehendere non possumus. **I**n forma, quando idipm nunc tale, nunc vero tale, attendimus: quia veruq; simul non valemus. **I**n loco, quando nunc huc, nunc illud cogitatōnem ducimus: quia simul ubiq; esse cogitatione non valemus. **I**n tempe, quando nunc preterita, nunc presentia, nunc futura consideramus. **T**unc etiam tempe cognitio variatur, quando nunc habitam cogitatōnem intermittimus, nunc in termessam iterum resumimus: quia eam sine intermissione tenere non possumus. **S**ed has omnes mutabilitates, diuina cognitio non recipit. **N**on augetur, quia plena est. **N**eq; em nescire potest omnia, qui creat, qui gubernat, qui penetrat, qui portat omnia. **E**t qui omnibus presens est deitate, absens esse non potest visione. **O**mni non potest, qui alium de non est quicquid est, sed idemipm quicquid est, ab ipso est, ab uno, et unum totum quod est. **A**uid de vicissitudine dicam: **C**uomodo vicissitudinem recipe possit sapietia, que omnia simul et semel, sub uno visionis radio comprehendit? **S**imul, quia omnem essentiam, omnem formam, omnia loca, omnia tempora. **S**emel, quia visionem nec intermissionem recipit, nec habitā intermitit: sed quod semel est, semper est, et quod semper est, totum est. **O**mnia videt, et de omnibus omnia videt, et semper videt, et ubiq; videt. **N**ichil ei nouū, nichil alienum aduenit, nichil suū. **C**uando futurum est praedit, quando presens est videt, quando praeteritum est retinet. **N**ec aliud quod in ipso est praedit videt et retinet, sed quod aduenit in tempe, fuit in visione, et quod praeterit in tempe, permanet in visione. **C**uemadmodum si totum corpus tuum esset oculus, nec aliud tibi esset esse, et aliud videre: quocūq; se res verteret, presens

tibi non esse non posset, et sub uno visionis ictu immobilis permanens comprehenderes, quicquid quaqua versum in respectu haberet, immo non nisi ante te cerneret, quicquid circu- quaqz contra te positum haberet. **R**es transiret, et staret visio, et quoque sua se mobilitate verteret, stanti non nisi presens esset. **N**unc autem, quia ex pte vides, mutabiliter vi- des, et cum res videnti transit, aut videri desunt, aut secum mutabiliter visionem trahit. **Q**uod si totus oculus esset, sic mutabiliter non videres. **H**uic quod igitur ex pte est, muta- bility est, et quicquid ex pte non est, mutabile non est. **D**eus autem, cui idem est esse, vivere, et intelligere, cum per essentiam, et pte non sit, nec per sapientiam, ex parte esse potest; sed si- cut immutabilis est essentia, ita quoque immutabilis est sapi- entia. **N**oc iam de cognitione divina, dictum sufficiat. **S**ciendum est, quod hęc cognitio, et visio dicitur, et sapientia di- citur, et præscientia dicitur, et prouidentia dicitur. Visio est, quia aspicit, sapientia est, quia intelligit, præscientia, quod preuenit, prouidentia, quia dispicit. **D**e quibus multe dis- fices et perplexe questiones oriuntur, quas huic compen- dio interpolare sumemus. **I**git ad ea que restant inseam.

**Q**uod trinus deus et unus. **P**bj.  
**E**x quo pridem, de visibilibus ad invisibilia, oculo co- templationis ingressi sumus, ad hoc usque via inue- stigationis penetrauimus, ut iam creatorum rerū omnium, sine principio, sine fine, sine mutabilitate, esse non dubitemus: et hoc quidem non extra nos, sed in nobis met- apis inuenimus. Consideremus ergo, si adhuc amplius alii quid, eadem ipsa natura nostra, de creatore nostro nos do- ceat, quia fortassis, non solum, sed et trinum ostendat. **C**er- te mens rationalis una est, et generat de se intellectum, una unum. **Q**uem non nunquam dum conspicit, quod subtilis, quod verus, quod conueniens, quod iocundus sit, mox diligit cum, et complacit sibi in ipso. **V**idet, pariter et stupet, et se tale aliquod inuenire

potuisse miratur. **D**e henecheter libet semp illud aspicere, sp  
h̄ē, semp illo p̄fui, semp i illo delectari. **I**pm p se placet,  
ip̄m ppter se placet, nec aliqd ē qd extra illud qritur, qr in  
illo totū amāe. **I**n illo d̄templatio v̄tatis, ad vidend̄ dele-  
ctabilis, ad h̄ndum suavis, ad fruendū dulcis. **C**um illo se-  
cum mēs reqescit, nec v̄nq̄ secreti sui tedio afficit, q v̄nico  
qdez nō tñ solitario d̄sorte letatur. **C**ōsidera ergo tria h̄ec  
mentē, intellectū, amore. **D**e mente, intellectus nascit, de  
mente parit, et intellectu amor oritur. **D**e sola mēte intellectus,  
qr mens de se intellectum gignit, Amor v̄o nec de sola  
mēte, qr nec de solo intellectu, qr ab utrisq; procedit. **P**rimus  
mens, deinde mens et intellectus, postea mens et intellectus  
et amor. **E**t hoc qdē in nobis sic ē. **V**ix i creatore lōge alit  
suadet ratio. **R**uia em ip̄m fuisse sp credimus, semp quoq;  
sapīam habuisse oportet, d̄fiteamur. **N**am si aliquā sine sapīa  
fuisse d̄r, qs eum postmodum sapīetez fecerit, aut a quo sa-  
pientiā acceperit, nullo modo inuenim̄: cū et hoc absurdis-  
simū sit, et ab oī rōe alienū credere, eum q ē fons et origo  
sapīe, aliquā sine sapīa extitisse. **S**emp ergo i illo sapīa, semp  
ab illo sapīa, semp cū ip̄o sapīa fuit. **S**emp i illo sapīa : qr  
semp sapīam habuit, semp sapiēs fuit. **S**emp ab illo sapīa:  
qr sapīam, quā habet, ip̄e genuit. **S**emp cum illo sapīa: qr  
gemita/se a gignēte nō diuidit. **S**emp gemita ē, et sp gigni-  
tur, nunc cū gignitur inchoās, nec cū gemita ē cessās: semp  
gignitur, qr eterna, semp gemita ē qr pfecta. **E**st ergo q ge-  
nuit, et ē q gemit̄ est. **R**uī genuit p̄r est, q gemit̄ est, filī ē.  
**E**t qr q genuit, semp genuit, etern̄ p̄r ē. **E**t qr q gemit̄ est,  
semp gemit̄ ē, eterno p̄r filī cogitern̄ ē. **I**te, q semp sapi-  
entiam habuit, semp sapīam dilexit. **R**uī v̄o sp dilerit, sēp  
amorē habunt. **I**taq; eterno p̄r et filio, cogitern̄ amor est.  
**E**t tñ p̄r a nullo ē, filī a p̄re solo ē, amor v̄o a p̄re simul et  
filio est. **S**z qr supī, creatorē oīm sume et vere vñū ē, asses-  
ruim̄, h̄ec tria i deo vñū ē substārialit oport̄ d̄fiteamur.

**C**uia item ille qui gemitus est, non potest esse ille a quo ge-  
mitus est, neque ite ille quod a signante et gemitu procedit, ille enim  
est, qui est signans vel gemitus, in expugnabili ratione veritatis  
cogimur, in deitate personarum trinitate, et substantiae unitate,  
cognoscere. **T**ribus ergo in deitate una omnis est / et equalis  
eternitas, et eterna equalitas: quod non potest esse singularis dis-  
simile, quod omnibus facit deitas una communis. **T**res ergo unum  
sunt, quod in tribus personis est una substantia, sed tres sunt non  
sunt: quod sicut distinctio personarum unitate deitatis non dividit,  
ita et unitas deitatis distinctionem personarum non diffundit. **S**ed  
**T**libet adhuc paulo attentius considerare, quomodo dictum sit, quod  
pater diligit sapientiam suam. **N**oties enim sepe solent diligere  
scientiam suam, propter opus, non opus propter scientiam. **S**icut est sci-  
entia agri coleendi, sciencia terendi, sciencia pingendi, et cetera huius-  
modi. **V**bi pro�us pietia iudicatur inutilis, nisi consequatur in  
opere fructus utilitatis. **R**es si de sapientia dei dicitur, iam nimis  
opus factori suo antefertur. **P**ropterea dicendum est, sapi-  
entiam semper preciosiorum esse opere suo, et semper propter se aman-  
dam esse sapientiam. **R**es si quoniam forte sapientie opera suum ante-  
fertur, non hoc est ex iudicio veritatis, sed ex errore hominis.  
**S**apientia enim vita, et amor sapientiae est felicitas vite. **Q**ua-  
propter, cum dicitur, quod pater sapientie complacat sibi in illa,  
absit ab intellectu nostro, ut credamus, quod Deus sapientiam suam  
propter opera, quae per illam facit, diligat: quoniam potius, omnia  
opera sua, non nisi propter illam amet. **P**ropterea enim dixit:  
hic est filius meus dilectus, in quo michi complacui. non in  
terra, aut in celo, non in sole, aut in luna, et stellis, non etiam  
in angelis, et quae excellentissima sunt in creaturis: quia et  
ista, si suo modo placita sunt, tamen nisi in ipso, et per ipsum, pla-  
cere non possunt. **T**anto enim amplius amore suo digna sunt,  
quanto vicinus ad eius similitudinem accedunt. **N**on ergo  
propter opera sapientiam, sed propter sapientiam opera sua diligit  
Deus. In illa enim, omne pulchrum, et verum, et ipsa tota est

desiderium. Lux inuisibilis, et vita immortalis, cuius asper-  
ctus est tam desiderabilis, ut oculos dei delectare possit,  
simplex et perfecta, non redundans et plena, sola, non tan-  
ta men solitaria, una, et continens omnia. Sed quia, tres per-  
sonas in deitate, una credimus, superest, ut quod de qualibet  
harum dicitur, utrumne etiam de alijs dici possit, inquiratur.  
Dictum est autem, quod pater amat filium, Restat er-  
go ut consideremus, si pari modo dici possit, qd amor patris  
et filij amet filium, quo d filius amet seipm. Item, qd pater  
amet se, quod filius amet patrem, quod amor patris et fi-  
lij amet patrem. Item, qd amor patris et filij amet se, qd  
pater amet amorem suum et filij, quod filius amet amore  
suum et patris. Postremo, si unus et idem amor est, quo qd  
qz amat seipsum, vel ad inuicem quisqz alium. Sed hec fa-  
cilis inuenimus, si ea que iam dicta sunt ad memoriam re-  
uocamus.

Supradictis enim rationibus, asseruimus, quod deus pri-  
ma causa est et origo bonorum omnium. So autem, qui fons  
est et principium omnium, excellenti bonum nullum esse po-  
test. Summum igitur bonum, deus est. Beatitudo autem nul-  
quam rectius, qd in summo bono collocatur. Deus igitur, so-  
lus, et proprius, et principaliter, beatus est. Beatus autem quo-  
modo esse potest, cui id ipsum non placet quod est. Quisqz  
igitur beatus est, et seipsum diligit, et id quod ipse est, diligt. Si igitur, pater et filius, et amor patris et filij, vnum  
sunt, et unus deus sunt, cum in solo deo vera beatitudo sit,  
necessere est, ut et quisqz amet seipsum, et ad inuicem quisqz  
alium. Neqz beatitudo veraciter dici posset, immo potius su-  
ma infelicitas foret, si per contrariam voluntatem se diui-  
derent, et per eandem naturam, ab inuicem separari non pos-  
sent. Sacra igitur natura, vnu sunt pater et filius, et amor  
patris et filij: ita quoqz voluntate et amore vnum non esse  
non possunt. Vno amore se diligunt, quia vnum sunt, nec

aliud est, quod quisq; amat in altero, q̄i q̄i quisq; amat in  
seipso: quia non aliunde est, q̄i quisq; est, q̄i q̄i alter ē. Qd  
pater diligit in filio, hic idem filius diligit in seipso, et qd  
amor patris et filii diligit in filio, hoc idem filius diligit in  
seipso. Item, q̄i filius diligit in patre, hoc pater diligit in se,  
et q̄i amor patris et filii diligit in patre, hoc pater diligit in se.  
Item, q̄i pater et filius diligunt in amore suo, hoc amor  
patris et filii diligit in seipso. Item, q̄i pater diligit in seip-  
so, hoc diligit in filio, et in amore suo. Et q̄i filius diligit in  
seipso, hoc diligit in patre, et in amore suo. Et q̄i amor patris  
et filii diligit in se, hoc diligit in filio et in patre. Audi utrū  
vox patris hinc qd loquimur acordet. Hoc est, inquit, filius me-  
us dilectus, in quo michi complacui. Nō dixit separatum, ego  
michi complacui, neq; dixit separatum, ille mihi placuit, neq; vo-  
simul dixit, ego michi complacui, et ille michi complacuit: sed  
dixit: ego michi complacui in ipso, hoc est, quod michi de-  
me placet in ipso est, extra ipsum non est: quia qd ego sum, ipse  
est. Quia em̄, aliud q̄i ipse non sum, extra ipsum michi placere  
non possum. Hic est ergo filius meus dilectus, in quo mi-  
chi complacui. Quicquid michi placet, in ipso et per ipsum  
placet. Ipse est enim sapientia, per quam feci omnia. In ipso eter-  
niter dispositi, quicquid temporaliter feci. Et tanto am-  
pliūq; opus meū diligo, quanto perfectius illud pri-  
me dispositionē concordare video. Nolite putare, q̄i ipse tā-  
tum sit mediator, in reconciliacione hominum: quia per ipsum  
etiam commendabilis et placita fit aspectus meo, conditio  
omnium creaturarum. In ipso examino cuncta opera mea,  
que facio, et non amare nequeo, qd intueor simile illi quem  
amo. Solus ille me offendit, qui ab eius similitudine rece-  
dit. Si ergo vultis michi placere, ei similes estote, ipsum au-  
dite, et si fore ab eius similitudine, male agendo, discessi-  
sus, ipsum imitando, redite. In ipso datur preceptum, in ipso

datur consilium. Preceptum, ut persistatis, consilium, ut redeatis. Utinaz tenuissetis preceptum, sed quia transgressi estis preceptum, saltum audite consilium, ipm audite. O agam consiliū angelus nobis mittitur, ut q̄ conditis datus fuit ad gloriam, idem pditis veniat ad medelam, ipm audite. Ipse conditor, ipse est et redemptor. ipse deus mecum vos condidit, qui vobiscum homo, solus ad vos venit. Ipsum audite. Ipse est forma, ipse medicina, ipse exemplum, ipse est remedium. Ipsum audite. Felicius fuiss, semper tenuisse eius similitudinem, s̄ iā mīm̄ gloriosum non erit, ad eī redire imitationem. Ipsum audite. O homo, quid causaris ignorantiam tuam? Ecce ipsa natura tua, te arguit, ipsa te conuincit. Nostri qualis sis, vnde venias, quem factorē habeas, quo mediatore egeas, et tu adhuc impudenter te defendendo, contra deum clamas. Nostri, quia malus es, et quia a bono opifice malus factus non es, et cessas, et non clamas ad eum qui te fecit, ut venias et reficiat, qui creavit ut redimat. Noli dubitare de potentia eius, vide opera illius, quanta sint. Noli dubitare de sapientia, vide opera eius, quam pulcra sint. Noli dubitare de benevolentia, vide opera eius, quomodo ad utilitatem tibi seruunt. O monstrat ergo tibi suo opere, quantum possit in tua redemptione. Monstrat item tibi, quam formidandum expectare possis iudicem, si volueris habere redemptorem. Nemo resistere ei potest, quia omnipotens est, nemo eum fallere potest, quia sapientissimus est, nemo eum corrumpere potest, quia optimus est, nemo eum declinare potest, quia ubique est, nemo eum tolerare potest, quia eternus est, nemo eum flectere potest, quia incommutabilis est. Si ergo volumus talem sentire iudicem, ipm queramus redemptorem, quando pridem de visibilibus ad inuestigāda, inuisibiliā progrederē cēpim̄, primo a corpore creaā, ad incorpoream,

z. importat ad dīm. et gīd.  
Gīd.

hoc est, rationalem creaturam transiūm<sup>2</sup>, ac deinde a rationali creatura, vñq; ad sapīaz dī puenīm<sup>2</sup>. Nūc vō redeūtes, pmo a sapīa dei ad rōnale creatam, deīn a rōali creatā ad crenām corpeā habita dīderatōe procedem<sup>2</sup>. Ille ordo ē dīgitōis, iste dītōis: qz primū corpea creatā, q̄ visibilis ē i dīgitōe occurāt: deīn a corpea creatā ad icorpeā dīgitio īnsit. Postremo via īvestigatōis apta, vñq; ad dītōe verius, qz puenīt. In dītōe vō, pmo gōu, ad imaginē dei rōalis creatā facta ē, deīn creatā corpea, vt creatura rōalis in ea, foris agnosceret, qd a creatore int<sup>2</sup> accepīss<sup>z</sup>. In sapīa dei ē vītas, ī rōali creatā īmago vītatis, īcorpea creatā vībra īmagīs. Rōalis creatā fclā ē, ad dei sapīaz. Corpea creatura, facta ē ad rōalem creaturā. Prēpē qz oīs mot<sup>2</sup>, et cōversio corpeę creature, ē ad rōalem creaturā; et oīs motus et cōuersio rōalis creature, ē debet ad dei sapientiam: vt dum qd qz suo semp supiori adhēret p conuerſionē: nec pri- mē dītōis ordīmē, nec primī exēplaris in se perturbet similitudīmē. Quisq; ergo, via īvestigatōis, de visibilib<sup>2</sup> ad īvisibilia īnsit, primū a corpea creatura, ad rōalem creaturā, deinde a rōali creatura, ad dīderatōs sui creatoris, mētis intūtū ducere debet. Reuertēs aut, de īvisibilib<sup>2</sup> ad vī- bilia, primū a creatore ad rōalem creaturā, deīn a rōali creatura, ad corpeę creaturā descēdit. Ordo aut cognitio- nis ī mente humana, semp p̄cedit ordīmē conditionis: quia nos qui foris sumus, redire ab intīmis non possumus, mīlī prius oculo mentis intīma penetremus. Sequitur aut semper ordo conditionis, ordīmē cognitōis, quia et si aliquando huwana infirmitas, ad interna cōtemplanda vel tenuiter, admissa fuerit, diu ibidem stare hānc sūc mutabili- tatis fluxus non permittit.

cap. XVII.

**D**e tribus dieb<sup>2</sup> īvisibilis lucis. (ad īvisibilū) postq; igit nos, qñtū dī largiri dignat<sup>2</sup> ē dī visibilib<sup>2</sup> cognitōz puenīm<sup>2</sup>, nūc iam mēs nīra ad scmetip am redcat,

et quod sibi ex hac agnitione, utilitatis prouenire possit accedit.  
Quid enim nobis prodest, si in deo agnoscimus maiestatis cel-  
situdinem, et nullam nobis in colligimus utilitate? Sed ecce dum  
de illo itimo ouiente de Platonicis secreto reuertimur, quod nobis  
scum afferre possumus: quod nisi lucem de regione lucis videntes.  
Hoc enim deces et necessarium est, ut si a lucis regione venimus,  
ad fugandas nostras tenebras, nobiscum lucem apportemus. Et quod  
scire potius, quod ibi fuimus, si illusati non redimus: Appareat er-  
go quod ibi fuimus, appareat quod ibi vidimus: Si ibi vidimus poter-  
tuam, apportemus lucem diuini timoris. Si ibi vidimus sapientiam, ap-  
portemus lucem virtutis. Si ibi vidimus beatitudinem, apportemus lu-  
cem dilectionis. Potentia torpentes ad amorem excitet, sapientia igno-  
rante tenebris cecatos illuminet, beatitas frigidos calore ca-  
ritatis inflammet. Videamus quod lux sit non dies, et quod tenebrae  
nisi nos. Et sicut oculus corporis habet diem suum, et noctem suam, ita  
quoque oculus cordis habet diem suum, et noctem suam. Tres  
ergo dies sunt invisibilis lucis, quibus interior spealis vita cur-  
sus distinguitur. Primus dies est timor, secundus est vita, tertius est  
caritas. Primus dies sole suum habet potentiam, secundus dies sole suum  
habet sapientiam, tertius dies sole suum habet beatitudinem. Potentia ad pa-  
trem, sapientia ad filium, beatitas pertinet ad spiritum sanctum. Alii sunt  
dies nostri quos habemus exteriorum, alii quos interiorum habemus. Di-  
es nostri exteriorum, et cum nolumus esse, dies vero interiorum, si vo-  
lumus permanere in eternum pertinet. Nam de timore domini dicitur, quod in seculo  
seculi permanet: de vita quoque dubium non est, quod permanet in ete-  
num: quod et si in hac vita incipiat, tunc tamen plena et perfecta in no-  
bis erit, cum ipse quod est vita, post hunc vitam terminum manifestus ap-  
parebit. De caritate itaque dictum est, quod caritas nunquam excidit.  
Tomi dies isti, quod nunquam esse, sunt. Nam illi dies mali sunt, quod non  
solum non permanenter semper, sed nec ad modicum stare pertinet. De  
hac diebus prophetam dicitur: sicut fenum, dies eius sicut umbra de-  
clinauerit. Iste sunt dies quos meruit culpa, illi dies quos de-  
dit gratia. De illis diebus dixit prophetam: In diebus meis invocabo.

qui alibi dirit: media nocte surgebā ad confitendum tibi.  
**S**ed illos dies suos vocat, quia alios dies nō amat. **S**icut iheremias dicit: **D**ñe diem hōmīs non desideram, tu scis. **I**stū sunt dies q̄bus plenū fuit Job: de quo scriptū ē: qz mor-  
tuus ē senex, plenū dier̄. **N**am, de alijs diebus plenus cē nō  
poterat, q̄ transacti iam nō erant. **I**llos dies q̄ foris sunt,  
solos mali nouerunt, boni vero, qui iam internos dies vide-  
re meruerunt: eos qui foris sunt, non solum non diligunt,  
s; etiā maledicūt. **P**ereat, inq̄t beat̄ job, dies i qua n̄tus  
sum, et nō i qua dictū est, acceptus ēt hō. **D**ies ille vertaz-  
tur in tenebras, et nō requirat eum deus desup, et nō illu-  
stret lumine. **I**llos ergo dies q̄ intus sunt, potius debem̄  
amare, vbi luce non sequuntur tenebr̄: vbi etem solis splē-  
dore illuīantur oculi interiores cordis mudi. **D**e his dieb̄  
psalmista cecim̄: nūtiate de die in diē salutare ei. **R**uīd ē  
salutare ei. nisi ihūs ei. **S**ic em̄ interpretatur ihūs, hoc ēsa-  
lutaris. **R**uīd iō salutaris d̄, qz p̄ eū hō ad salutē reformat. **D**e ipo aut̄ jobānes loqtur dices: **L**er, inq̄t, p̄ moyse data ē,  
grā et v̄itas p̄ ih̄m xp̄m facta ē. **I**tē paul̄ ap̄lus vocat xp̄z  
ih̄m, dei v̄tutē et dei sap̄iam. **S**ingit, dei sap̄ia ihūs xp̄us ē,  
et p̄ xp̄m ih̄m v̄itas facta ē, dstat, qz p̄ sap̄iaz dei v̄itas facta  
ē. **D**ies ergo sap̄ie ē v̄itas. **D**e hoc die suo ipa sap̄ia iudis  
loqtur dices: **A**brahā p̄ v̄ exultauit vt videret diē meum,  
vidit et gauisus ē. **V**eritas ēt dei redēptio ē generis hūam.  
**H**anc em̄ pri promiserat. **C**uam inmirū dū postmodū ex-  
hibuit, qd̄ aliud, q̄ seip̄m veracē ostendit. **R**ecte aut̄ p̄ sap̄iaz  
hēc v̄itas impleta ē, a quo oīs veritas ē. **N**ec ali2 ad imple-  
dam veritatem mittēdus fuit/ nisi is, in quo om̄is veritatis  
plentudo consistat. **B**ene ergo, abraham ad diem verita-  
tis existat, quia impleri veritatem desiderat. **C**uam pro-  
fecto diem, tunc per spiritum vidit, quādo dei filium ad re-  
dēptio; hūam gn̄is i carnē v̄en̄m agnouit: dicat ergo: **N**ū-  
tiate de die i diē salutare ei. **D**ie sc̄d̄, de die primo, i diē

tercum: diem veritatis, de die timoris, in diem caritatis.  
Primum, unus dies erat, dies timoris. Venit dies alter, dies veritatis. Accessit, non successit, quia prior non discessit.  
Ecce duos dies, iterum est in diem tertium, in diem caritatis, sed et ille cum venit, priores non expulit. Beati dies isti,  
Istis diebus homines impleri possunt, ubi futuris superuentibus, presentes non transeunt. Vbi numerus cum augetur, claritas multiplicatur. Primum, homines sub peccato constituti, per legem increpati sunt, et cuperunt deum timere iudicem, quia cognoverunt iniquitatem. Ipse ergo timeret hoc iam erat agnoscere: quia profecto nequam time re possent, si nullo modo agnoscerent. Nam aliquid lucis erat ipsa agitatio, iam dies era, sed nondum clarus, quod peccati adhuc tenebris caligabat. Venit ergo dies veritatis, dies salutis, qui peccatum destrueret, claritatem prioris diei illuminaret, et timorem non tolleret, sed in melius comutaret. Sed nondum plena erat caritas, donec adiungatur veritati caritas. Nam ipsa veritas dicit: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Omnis ergo veritas, ut et mala tolleret, et bona reformaret. Ecce tres dies sunt, dies timoris, qui manifestat malum, dies veritatis, qui auferit malum, dies caritatis, qui restituit bonum. Dies veritatis, clarificat diem timoris, dies caritatis, clarificat et diem timoris, et diem veritatis, donec perfecta fuerit caritas, et perfecte manifestetur omnis veritas, et timor pertranseat in timorem reverentie. Nunquid ergo de die in diem salutare ei? De his diebus locutus est osee propheta, dicens: Vincabit nos, post duos dies, in die tercia, suscitabit nos. Nam, qualiter dominus noster jesus christus, tercia die resurgens a mortuis, in se nos vivificauerit, et suscitauerit, audiuit, et gauius sumus. Sed dictum valde est, et reciperemus ei beneficium suum, et

quēadmodū nos, ī ipso tercia die resurgete, resurrexi, ita  
et nos pro ipso, et per ipsum, tercia die resurgentēs, eum re-  
surgere in nobis faciamus. Nec credendum est, quin a no-  
bis sibi ipse velit retribui, quod prior ipse nobis uoluit imp-  
tari. Sicut ergo ipse, ut nostram in se, et per se, salutem ope-  
raretur, tres dies habere voluit, ita et nobis, ut nostram in  
nobis, per ipsum, salutem operemur, tres dies dedit. Sed  
quia illud, quod in ipso gestum est, non tantum remedium,  
sed etiam exemplum fuit, et sacramentum, oportuit, ut visi-  
biliter foris fieret, quatinus illud, quod in nobis inuisibili-  
ter fieri debuit, significaret. Dies ergo eius extrinsecus fu-  
erunt, nostri dies intrinsecus querendi sunt. Tres ergo di-  
es habemus intrinsecus, quibus illuminatur anima nostra.  
Ad primum diem, mors pertinet: ad secundum, sepultura:  
ad tertium, resurrectio. Primus dies, est timor: secundus, ē  
veritas: tertius, est caritas. Dies timoris, est dies potentie,  
dies patris: dies veritatis, est dies sapientie, dies filii: dies  
charitatis, est dies benignitatis, dies spiritus sancti. Dies  
quidem patris, et dies filii, et dies spiritus sancti, in clar-  
itate diuinitatis unus dies, sed in nostro mentis illuminati-  
one, quasi alium diem pater, alium filius, atque alium habet  
spiritus sanctus: non quod ullatenus credendum sit, trinitas, ē  
que inseparabilis est natura, in operatione posse separari, sed  
ut discreto personarum, in distinctione operū valeat intel-  
ligi. Quando ergo omnipotētia dei, considerata in ammi-  
ratōnem cor nostrum excusat, dies patris est. Quando ve-  
ro sapientia dei, inspecta agnitione veritatis cor nostrum  
illuminat, dies filii est. Quando autem benignitas dei at-  
tentata, ad amorem cor nostrum inflamat, dies spiritus san-  
cti est. Potentia terret, sapientia illuminat, benignitas le-  
tificat. In die potentie, per timore mortimur. In die sapientie,  
per contemplationem virtutis, a strepitu huius mundi sepelimur. In  
die benignitatis, per amorem et desiderium g̃enorum, resurgimus.

Ideo enim christus sexta die mortuus est, septimo die in se-  
pulcro iacuit, octavo die resurrexit, ut simili modo, primum,  
potentia in die suo, per timorem nos a carnalibus deside-  
riis foris occidat, deinde sapientia, in die suo, intus in ab-  
scondito contemplationis sepeliat, postremo benignitas,  
in die suo, per desiderium diuum amoris vivificatos erur-  
gere facit: quia sextus dies ad labore, septimus ad requiem,  
octauus pertinet ad resurrectionem;

*finis didascot. 7. libri*

*Incipit prologus in tractatu de anima Christi, ad magi-  
strum. 6.*

**D**udenti ac religioso, verbi diuum inter cepte-  
ros et pre ceteris scrutatori. g. h. peccator.  
Aliquotiens accidisse compi, ut in rerum dif-  
ficilium tractatione, aut insipientia relatoris  
auditorem corrumperet, aut temeritas audi-  
toris relatorem infamaret. Quapropter que cauendū mi-  
chi videtur, ut potissimum illic, ubi sine periculo aliud sen-  
tiri non potest, nec facile nostra presumamus asserere, nec  
aliena temere iudicare. Noui enim quanta, ut dicit beatus  
augustinus, somnia cor humanum pariat, atq; eo iudicio,  
quo in sui cognitione fallitur, cetera quoq; que preter ip-  
sum sunt, non recte conspicatur. Quid enim hoc esse puta-  
tis, quod de rerum veritate, tam diuersa sentire solent ho-  
mines, nunquid non una est veritas? Ecce, ut interum de deo  
taceamus, quid est quod dialetica tot diuersas, et tam ad-  
uersas, ne dicam peruersas, habet sententiass? Nunquid om-  
nes nouerunt unum id quod est, sed amore fallendi diuer-  
sa finixerunt? Non sic ego puto. Sed narrant quiq; somnia  
sua, et ea, qua primum ipsi in se, opinione decepti sunt, post  
modum alios nescientes seducunt. Et sicut beat⁹ job, amicis  
suis arrogatib⁹, et de se plusq; optebat plumbetib⁹ dicit, oēs  
iam non solū secū moriturā, sed exortā quoq; a se sapiā futā.

*Sequit̄ aliq̄ tractat⁹ eiusdem Aug⁹*